



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

Liber Quartvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

JOANNIS ALPENI  
 PRÆPOSITI SANTENSIS  
 De  
 VITA ET REBUS GESTIS  
 CHRISTOPHORI  
 BERNARDI  
 EPISCOPI ET PRINCIPIS  
 MONASTERIENSIS.  
 LIBER QUARTVS.

---

ARGUMENTUM.

1. **C**HRISTOPHORUS BERNARDUS  
*Monasterium ingressus. Adversa li-  
 cet experiatur. Totus in Urbem be-  
 nevolus. Et serio.*
2. *Comitia turbulenta. Stimulante Flodorpio  
 Comite.*
3. *Princeps frustra benevolentiam continuans. Ad  
 objecta respondet. Abit Coesfeldiam.*
4. *Mors Merveltij Cancellarij. Eius virtutes &  
 encomia. Filius. Nepotes.*

5. *Mo-*



5. *Monasterienses sollicitant fœdus Hanseaticum. Eorundem Ablegatorum propositio Haga-Comitis. Et instantia pro admissione ad fœdus.*
6. *Principes Confœderati dehortantur Batavos.*
7. *Idem facit Christophorus Bernardus.*
8. *Benigne etiam dissuadet Urbi. Et sub pœnd quoq; inhibet. Responsio Monasteriensium. Reprobatur à Principe.*
9. *Urgetur nihilominus societas Hanseatica. Resolutio Batavorum. Ablegati redeunt Monasterium. Sub præsidio militis Batavi.*
10. *Monasterienses à Batavis petunt Urbi præsidarios. Clam super eo tractatur.*
11. *Hessingius Principis Agens Haga-Comitis. Captivus. Legatione Baijij dimittitur.*
12. *Francofurtum indicta Electio Imperatoris. Quo Civitas. Et Princeps suos ablegat. Capitulatio Casarea Monasteriensibus adversa.*
13. *Leopoldus Primus eligitur. Applausus Monasteriensium. Et Christophori Bernardi.*
14. *Fœdus Rhenanum extenditur. Et innectitur Rex Galliarum. Tabula fœderis.*
15. *Christoph. Bern. cur idem amplexus sit. Educit militem suum ex Urbe.*
16. *Indicit preces. Et multa salubriter ordinat. Impetrat à Casare mandatum contra Monasterienses.*
17. *Tollit controversiam Eckianam. Patria diu damnosam. Item Bevergernensem.*
18. *Baro Wilichius Cancellarius Monasteriensis frustra interponit se in causâ Civitatis. Ob nova dissidiorum fomenta.*
19. *Vien-*



19. *Viennam Vrbs Drachterum. C. Bern. Furstenbergium & Batzium ablegat.*
20. *Argumenta Civitatis super iure pangendi fœderis. A Principe refelluntur. Mixta Civitas, Quis?*
21. *Monasterienses constituunt Haga Plenipotentiarium. Is sollicitat præsidium Urbis militem Batavum.*
22. *Interim contra Civitatem prodit sententia Cæsarea. Christ. Bern. typis impressam promulgat. Cum admonitione paternâ. Exemplum mittit Batavi.*
23. *Senatus Urbicus antiypum evulgat. Refutatur à Principe. Cum iteratâ admonitione.*
24. *Monasterienses criminantur sententiam. Novos ablegant Viennam.*
25. *Cæsar decernit Executoriales. Intimantur. Cum tertiâ iam admonitione.*
26. *Eitzenus & Clutius mittuntur in Hollandiam.*
27. *C. Bern. sacris intentus. Castrum Coesfeldiense perficit. Et solenni benedictione. Ludgeriburgum appellat.*
28. *Vaticinium de eo. Ejusdem demolitio.*
29. *Ordines Patria suadent Monasteriensibus compositionem. Sed frustra.*
30. *Ablegatorum Urbis in Hollandia negotiatio. Et querela de Principe. Quid sparsum Amstelodami.*
31. *C. B. Cæsarem interpellat. Friquetius Haga Monasterienses audit. Indignabundus. Hi*

Bb

plures



- plures Hagam ablegari desiderant. A Batavis protectionem petunt.
32. C. Bernardi exprobratio cum Hollandis. Brabeckius Hagam legatur. Eius dexteritas.
33. Friquetij ad Batavos oratio.
34. Novilitas iterum concordiam tentat. Idem Legati Principum. Sed irrito effectu.
35. Frisiorum fervor pro Civitate. Haud par apud Hollandos. Et Provincias alias. Consternat id Ablegatos. Consilium ideo à Repetentes. Eitzeni genius.
36. Belli timor in Westphalia. Quibus de causis.
37. Ad querelam Principis. Et Friquetij relationem. Caesar mandat revocationem Ablegatorum. Destinat Legiones in Westphaliam. Hospitantur in locis Monasterio vicinis. Aluntur stipendiis Diocesanis. Protestante contra Monasterio.
38. C. B. ad Batavos de adventu militis Casareani.
39. Drachterus iterum Hage. Tractatus cum Sociâ minatur.
40. Batavi Monasteriensibus pecuniam mutuuntur. Reclamante Principe.
41. Batavorum ad C. B. litteræ, Eiusdem responsoria.
42. Brabeckius Hagam redux. Concordia projectum componit. Eius summa.
43. A Flodorpis in Urbem perfertur. Sed à Civitate rejicitur.



44. Ex Austria & Hollandia Ablegati revertuntur. Nova Monasteriensium molimina.
45. Caesar duplicem paritoriam decernit. Quoad executionem sententia. Et quoad revocationem Ablegatorum. Vicinus Imperii Statibus tentamen Concordia committit.
46. Monasterienses a Comitibus excluduntur. Et pro restante tributo. Miles Casareus armenta abigit. Factum utrumq; exprobrat Civitas. Et incipit hostiliter agere.
47. C. Bernardo Wolbecam tendente. Tres ex praesidio Urbico capiuntur.
48. Cives praesidii vicinus vim denunciant. Et militi Casareo inferunt.
49. Princeps ad obsidionem se parat. Causas divulgat. Castra in agro suburbano locat.
50. Tres a Belgij Provinciae Monasterium ablegantur. Excipiuntur in Castris. Ingressuntur Civitatem. Frustra suadent projecti acceptationem. Armistitium negat Princeps.
51. Castra transferuntur. Eruptiones & velitationes.
52. Baro Furstenbergius Pontificis Ablegatus. Castra lustrat.
53. Agger Alpha objicitur. Spödeo Architecto. Et Neo-Alpha foditur. Ad Castrorum securitatem. Et arctiorem Urbis obsidionem. Aestas & Autumnus civi sterilis.
54. Ablegati Provinciarum discedunt Monasterio. A Principe excepti. In Hollandiam redeunt. Et referunt resolutionem Tribuum. Et alteram Senatorum.
- Bb 2
55. Sex



55. Sex Provincia armatam Urbis liberationem decernunt. Sola Hollandia declinat.
56. E contra munit se Princeps. Fœderibus. Precibus ad DEVM. Legationibus in Austriam. Gallias. Angliam. Et alio. Et auxilia undequaque prompta offeruntur.
57. Loricâ propiore Urbs cingitur. Alter agger infra Urbem Alpha objectus.
58. Eruptiones & pugna.
59. Vectores Legationis Batava intercepti.
60. Epistolum Senatûs Hagam missum. Lator capitur. Et vix à suspendio liberatur.
61. Altera Civitatis littera in Hollandiam. Tabellarius is capitur, & suspenditur.
62. Tertius expeditur. Cum nova Epistola.
63. Hanc prodit Principi. Uti & responsoriam. Quam dexterè refectam. In Urbem perfert.
64. Consternatio Civium. Marlinus Jurisperitus. Litteras novas Hagam infert.
65. Ejus & Aitzemani sollicitatio.
66. Brabeckius. Weimannus. Thuanus. Et conspiratio Fœderatorum Principis. Batavos divertunt.
67. Tempestas in Westphaliâ. Nutans agger, operâ Wilichij conservatur.
68. Pressa Civitas. Duos ad Principem emittit. Tubicen Batavus remittitur.
69. Mors Wilichij. Ejus laus. Surrogatur Pleurenus.
70. Monasteriensium tractatus cum Principe. Legatio Casarea. A Principe excepta.
71. Civitas Principi se dedit. Deditiois capitulum.
72. Instrumentum submissionis.



73. *Diploma abolitionis.*
74. *Civitas traditur. Robur exercitus. Delegati Principis offeruntur claves.*
75. *Finis obsidionis. Numerus sauciorum & caesorum, Cura Principis.*
76. *Observationes curiosa. Vaticinia. Prævisiones.*
77. *C. B. variis deditioem significat. Responsoria Pontificis.*
78. *Princeps Casari auxiliares submittit. Arcis Monasterio imponenda necessitatem probat. Structuram decernit. Præmissâ cum Cathedrali Collegio conventionem. Locum designat. Arcis forma.*
79. *Diem statuit ingressui in Urbem. Et sanctorum honori solennem. Promulgat.*
80. *Confluxus populi. Dispositio militis. Ingreditur Princeps tentorium. Isthic sacris operatur. Batzij oratio. Senatus, Populiq; Monast. iuramentum.*
81. *Captivi Cives. Intercedente Capitulo. E custodia dimittuntur. Acclamatio Juventutis.*
82. *Ordo supplicationis.*
83. *Pompa ingressus in Urbem. In eadem Cathedrali. Præsentes novâ monetâ donantur. Epulæ.*
84. *Musæ congratulantes.*
85. *Annua postridie supplicatio.*
86. *Tertio die Comædia. Cæna in novo Castro. Fulmina tormentorum. Ignes artificiosi. Et publici.*
87. *Princeps novum creat Magistratum. Et Tribuum potestatem tollit.*

Bb 3

Intra-



1657.

1.  
 Princeps  
 Mona-  
 sterium  
 ingres-  
 sus.

Adver-  
 sa licet  
 experia-  
 tur.

**I**ntroverat nunc Civitatem Christophorus Bernardus, certus in eâ perhyemare, & demùm experiri, si quod inactenus armorum rigor negaverat, benignitate tandem vinci, vinciriq̃ fortè possent animi subditorum. Sed & conatum hunc successu suo brevi cariturum haud vanè augurabantur ij, quibus sagacior mens erat. Nam tertio ab ingressu die libellum favore Principis editum, quod è civibus quosdam plùs æquo tangi quererentur, lictoris manu, in catastâ concremari palàm Magistratus jussit. Quin & obsidionem ipsam ære pressam, additâq̃ ejus ephemeridem typo vulgant, & hunc ei titulum præfigunt. *Vera descriptio Monasterij, Antiquissima Urbis Hanseatica, nec non Metropolis Westphalorum, à vigesima Augusti ad vigesimam primam Octobris Anni millesimi, sexcentissimi, quinquagesimi septimi à Reverendissimo & Illustrissimo Monasteriensis Ecclesie Episcopo, aliquorum sacri Romani Imperij Electorum ac Principum auxilio obsessa atq̃ oppugnata.* Id tamen Christophoro Bernardo tantò molestius accidit, quantò dolebat minorem sui in Urbe præsentis venerationem haberi, & abjectius esse, non Principem, non Diœcesis, aut Urbis, sed non secus



ac studiosè quæsità cum honoris attenua-  
 tione, Ecclesiæ duntaxat Monasteriensis  
 Episcopum nominari; & ipsa quoq; rerum in  
 obsidione gestarum annexa descriptio haud  
 obscurè sinistram post se trahebat notam  
 obsidentis. Nihilò tamen minùs propo-  
 siti tenax, conceptæ jam benevolentia ar-  
 gumenta continuabat. Quotidie Primores  
 Urbis prandebant cum eo, cœnabantque.  
 Omnis sermo erat de unâ Civitatis ac ci-  
 vium salute. Non præterita tantùm æter-  
 nâ debere oblivione sepeliri, sed & peren-  
 ni pacto, quæ adhuc reliquæ extarent, con-  
 troversias, litèsque omnes exæquari oportere.  
 Nec suum etiam de fore, si quod fortè cives  
 perpeffi essent, damno hostimentum. Id unicè  
 sibi curæ futurum. Non hæc ostentare tantùm  
 contentus, quinquaginta imperialium millia  
 obtulit Civitati. Et ut affectum probaret magis,  
 quæ sub id in Collegiis vacabant sacerdotia,  
 in Senatorum ac Civium filios largâ manu  
 profundebat. Nemo sanè rerum gnarus  
 inficiari potest, propiùs nunquam Principis  
 animum cives possedisse. Et certè *Christophoro  
 Bernardo* serium erat, Nam molestâ illâ armorum  
 tractatione hætenùs confecerat parùm; potentem  
 Batavorum Remp. Civitatis studiosam respiciebat,  
 quæ nunquam passura credebatur, ut Urbs vicina  
 pessum iret; & quam-

*Totus in  
 Urbem  
 benevo-  
 lus.*

*Et seriò.*



1657.

vis controversias ad juris decisionem rejecisset pactio *Geistana*, quod tamen eventus æquè incertus, ac longioris moræ, simulque operosus esset, ipse curarum, laborumque pertæsus, quam passim etiam suggererent amiciores, utiliore patriæ quietem facillè præhabebat. Sed hanc Monasteriensibus sortem fata invidisse, testis est secuta Metamorphosis, non sine continuo & ingenti luctu posterorum.

1658.

2.

*Comitia  
turbu-  
lenta.*

Enimvero statim Comitia, quæ sub ineuntem jam annum seculi quinquagesimum octavum Monasterij agebantur, omnino turbulenta erant. *Civem* agitabant obvia ex incendiis & obsidione nuperâ jacturæ, quas nec premi sinebant perforata passim ædium profanarum, sacrarumque tecta. *Ordo Nobilis* fœderum pactiones, externi inductionem militis, rusticos in arma coactos, nova patriæ onera, insciis se, privilegiorum violationem explicabat. Adhæc nullam esse alendæ in patria militiæ necessitatem, & si quæ esset, ejus & periculi cognitionem ex decreto Cæsaris ad Ordines unâ pertinere. Et quoniam id intendebant plerique, ut Principem potestate pangendi fœderis exuerent, militiæque omni nudatum ab ausis hujusmodi in posterum coërcerent, partium fervor vix discrepabat à conjuratione manifestâ. Sed & quo major esset sua cuique sensa promendi



mendi libertas, è suo Satrapas gremio  
excludi oportere Nobilitas ajebat, quos ju-  
risjurandi Religione obstrictos, quære-  
re potissimum commoda Principis palam  
esset.

Hanc sedulò partem fovebat, stimu- *Stimu-*  
labátque *Flodorpheus* Comes. Is mense *lante*  
Octobri in pago *Darvelt*, ubi Castrum à *Flodor-*  
*Vuerdenis* emptum habitabat, equitem *pio Co-*  
prætorix cohortis, isthic jussa Principis *mite.*  
exequentem, pilâ trajectum enecârat. Indè  
domi hæud tutus, Monasterium confu-  
giens, Tribui & albo Institorum inscribi  
se facit, urbanæ militiæ nomen dat, & cen-  
turiæ præfectus, receptusque in tutelam  
Civitatis, magnâ, quod apud Batavos va-  
lere crederetur, populum lætabat spe futu-  
ri. Nec vana omnis fuit; quando Resp.  
ipso cum primis authore, res Monasterien-  
sium sibi curæ ac cordi magis fore postea  
declaravit. Jam verò tametli plerique mi-  
rabantur, imò & nonnulli exprobrabant, à  
juvene tam generoso & equestrem Ordi-  
nem, cui annumerabatur, & avitum *Flo-*  
*dorpiorum* stemma isto maculari dehone-  
stamento, hæud tamen omisit propterea  
occasionem sui apud plebem propius infi-  
nuandi, & rei in hisce Comitibus apud No-  
bilitatem pariter agenda.

Benignis interea alloquiis, favoribus, *3.*  
gratiis Princeps Monasterienses prosequere- *Princeps*  
batur, *frustra*



1658.  
benevo-  
lentiam  
conti-  
nuans.

Ad ob-  
jecta re-  
spondet.

batur, oblato etiam auctiore quam antea hostimento; nec quidquam prætermittebat, quo populū in partem trahere & alienatas fortē mentes posset denuō promereri. At verō benevolentiam profici omnino nihil conspicatus, haud difficulter vela vertit, & mox Ordinibus ad objecta cordatē respondet. *Fœdera pacisci, & stare pactis, quæq; militiam concernunt, ad jura Principum spectare; qua nec frangi, nec ligari possent voluntate subditorum. Conservationem Regionis ac Religionis uni Principi commissam. Hanc ad se curam pertinere duplici juramento, quod Casari, quod Pontifici præstiterit ipse, ex subiectis nemo. Majoris ea momenti esse quam sit quacumq; sponsio à subditis oggesta; nec enim hanc ligare unquam, si cum iis certaret. Privilegia si qua essent, istis temporibus emanasse, quibus sicut una solum Regio, ita & Religio agnoscebatur, ac tutius erat in medium conferre fœderum conditiones, quarum hodie prolatio mutato temporum, rerumq; statu tam nociva foret fini suo, quam exitiosa patriæ securitati. Et quamvis illa, intactaq; vellet privilegia Ordinibus concessa, non posse tamen ea derogare juribus Principum, per leges Imperij, per decreta Pacis Westphaliae,*

ties



ties stabilitis, qua uti tempore poste-  
riora, ita & iure potiora essent: iis  
privilegia, non privilegii ea attempe-  
rari debere. Cognitionem periculi ad  
se seu Principem pertinere, & quam-  
vis Ordines adsciri, audiriq; una pos-  
sent, non contineri tamen decreto Cesa-  
ris, ut eorū consensus expectaretur. Con-  
sensum enim & consilium, sensu iuris, plu-  
rimum discrepare. Sed cum intelligeret  
Legationem à Monasteriensibus in Hollan-  
diam adornari, ipse continuas inter ca-  
lumnias, laesamque toties auctoritatem non  
ultra moras nexurus, simulatâ venatione  
Horstmariam abijt; indè Coesfeldiam, quò  
& Comitia statim translata, nec diu post  
finita sunt.

*Abijt  
Coesfel-  
diam.*

Moritur sub id quarto Kal. Februarij  
*Theodorus Hermannus Baro de Mervel*,  
Dominus in Westerwinckel, Cancellarius  
Monasteriensis. Is ab anno seculi trigesi-  
mo sexto, hoc munere constanter ac præ-  
clare functus erat: septennio tunc antè,  
ad secretionis Concilij Senatū adscitus  
ab Archi-Præsule *Ferdinando*. Vir pro-  
fectò non minùs virtutum ac scientiarum  
omnium, quam generis splendore illustris.  
Nihil ignorabat eorum, quæ id ætatis ac  
dignitatis hominem poterant exornare. Ex-  
cultus ei ad omnem sapientiam insoles;  
præter humaniorem litteraturam, & tem-  
porum,

4.  
*Mors  
Mervel-  
tij Can-  
cellarij.*



1658.

388 CHRISTOPH. BERNARD.

porum, rerumque gestarum insignem memoriam, omnem jurisprudentiæ ac politicæ eruditionis vim complectebatur. Singularis inter hæc elucebat pietas; librorum de DEO, deque animæ salute differentium usum, reliquorum lectioni ferè anteponebat, ratus ignorare omnia, qui ista nesciret. Et quamvis hæc generis decora ad ipsius laudem defuissent; is tamen erat, qui nobilitatem familiæ suæ propriâ potuisset virtute auspiciari, stultitiæ mundanæ argumentum interpretatus, alienâ virtute, non propriâ nobilem censeret velle. Prudentiam, quam corporis ac morum gravitas, suavitasque comitabatur, in Imperij, in Circulorum Comitibus, in legationibus, Cæsares ac Principes non rarè suspexere. Inventa est inter pugillares epistola, quæ ad suam ab officio dimissionem, flagitabat remotam ab aulæ fastidiis vitam, ministro ætate jam provectoro indulgeret Princeps. Sed nec illi, nec pluribus, quorum vota novi, felicitate tam beatâ frui concessum est. Reliquit post se ejusdem nominis filium *Baronem de Mervelt*, qui renunciato Canonatu *Osnabrugensi*, septem annis antè, parenti successerat in *Wolbecensi* Præfecturâ: post etiam à *Christophoro Bernardo*, ex equestri Nobilitate, in consiliorum, curarumque partem evocatus. Quam & ipse provinciam, apud Successores

*Ejus filius.*



res *Ferdinandum* ac *Maximilianum Henricum*, non solum sedulo & laudabiliter, ad usque funera continuavit; sed & insuper, post obitum *Burchardi Baronis de Westerholt Dynasta Lembecani*, creatus fuit Monasteriensis aulae Mareschallus. Quo in munere, demortuo nuper patri surrogatus filius natus major, *Theodorus Burchardus*, Satrapa Wolbecanus, hodierno Principi *Friderico Christiano* etiamnum deservit. Et ejusdem germanus alter, *Adolphus Bernardus* inter Basilicae Monasteriensis Canonicos elucet. Alter verò *Goswinus Hermannus Otto* Ordinis Equitum Melitensium Commendator Rottenburgicus in eadem Principis aula continuus, pedestri etiam praetoriae cohorti hodie praest: Cancellarij Nepotes.

Et nepotes.

Nunc verò ut caepa prosequamur, à Jantario mense, Monasterium in societatem Urbium Hanseaticarum admitti assidue urgebat Comitis-Hagae *Aitzema* Monasteriensium Patronus: confidens in re tantillâ haud dissensuros Provinciarum Ordines, qui nuper adeò faciles ac prompti, armatâ manu, Civitatem obsidione liberaverant; praesertim cum idipsum communis nunc viciniae & commerciorum ratio perurgeret. Ordines postquam variè interpellati erant, postridiè Kalendarum Martij admissionem decernunt, hac adjectâ conditione;

5. Monasterienses sollicitans fœdus Hanseaticum.



1658.

ditione; Dummodò Monasterienses antè doceant Civitates Lubecam, Hamburgum, Bremam in id expressim consensisse. Ita enim lege societatis Remp. obligari. Nec solùm decreti hujus copiam faciunt Civitatis Patrono; sed & ejusdem argumenti litteras scribunt tribus Urbibus sociatis.

Eorundem Ab-  
legato-  
rum pro-  
positio  
Hage-  
Comitis.

Hagam intereà pervenerant Monasteriensium Abligati, Nicolaus Drachterus Urbis orator, & Gualterus Clarus Tribunus-plebis. Qui decimâ sextâ Martij apud Ordines publicè admitti, auditique, post petitam tardioris accessus & seræ gratiarum actionis veniam, memores se, ajunt, beneficiorum, quibus Resp. hac pronuper obligavit Monasterio-polim in extrema necessitate positam, & supra obsidionis molestias, privilegiis ac libertate adeo periclitatam, ut quæ, haud pridem antè, fuerat Theatrum pacis generalis, in theatrum ac sedem universalis belli, non ad suam solius, sed & vicinarum omnium Provinciarum ac ditionum perniciem, facile traduci potuisset. Quod sapiendus Civitatem inter & Episcopum simultatibus Legatos suos, veluti Conciliatores miserit, cumque ab Episcopo admitti nollent, decreverit viribus suis obsidionem solvere, & in pristinum statum reponere Civitatem, uti generosa  
hac



hac actio immortale nomen merita sit, ad instar veterum Romanorum, qui non tantum victricibus suis armis, sed & amicitia & societate fœderatorum celebres, tuncq; Orbi formidabiles evaserint: ita obligatos Senatum, Populumq; Monasteriensem tantam gratiam, favorem, benevolentiam, immensa sanè beneficia agnoscere semper & immortales pariter gratias agere: Has à se omnium nomine ac vice, obsequiosè ac demissè hic coram agi, testariq; tam inexplicabilis beneficii memoriam non fastus tantum, sed & calamo nunquam intermorituro, cordibus omnium, etiam posterorum, constanter insculpendam, & hujus Reip. Ordines, ut vindices ut conservatores jurium, libertatis ac privilegiorum suorum agniti semper & cultum iri. Orare porro, ut propensionem hanc, præsertim inter periculosos in præsentiarum Romani Imperis, vicinarumq; terrarum motus continuare, & Monasterium Urbem ceu membrum Hanseaticæ societatis suo sub præsidio conservare non dedignentur. Civitatem contra ac Cives omnes nullius rei æque ac Reip. hujus, ejusq; honoris, utilitatis & commodorum rationem habituros.

Indè ad privatum dimissi congressum, Et in-  
quod stantia



1658.  
pro ad-  
missione  
ad fœ-  
dus.

quod *Aitzema* amiciorum manu certior factus esset, prærequisitum à tribus Civitatibus consensum aut nunquam aut difficulter secuturum, urgenter instant, ut Monasterium citra aliã conditionem Hanseatico fœderi uniatur. Consensum enim reliquarum Civitatum satis testari litteras sub Martium mensem Anno proximè lapsò ab iisdem exaratas, Inò & ipsam olim *Lubecam* sine hujusmodi cautelã, integro post alias anno, admissam fuisse. Periculofam esse moram, futurum enim, ut occasione belli, quod in Septentrione geritur, Episcopus cum sociis Moguntino, Trevirensi, & Colonienfi Octoviris ac Neoburgico Duce, pariter armatis, ad acceptandum militem præsidarium, Civitatem cogat; quod honestius nequeat recusari, quam hujus fœderis prætextu. Et constare Ordinibus Provinciarum, haud laborare Monasterienses de fœdere cum aliis Civitatibus, sed cum præpotente hac Rep. à quã solã defendi possint ac conservari.

6.  
Princi-  
pes con-  
fœderati  
dehor-  
tantur  
Bata-  
vos.

*Christophorus Bernardus* de iis, quæ Hagæ-Comitis agebantur, quotidie informatior monet, rogátque Confœderatos Electores ac Principes, ut cum ipse se paratas dare velit, illi conjunctim Provinciarum Ordines propositum fœdus dehortentur, simulq; ne Monasteriensium preces audiant,



audiant, sed quâ decet æquitate ad legitimum Principem & superiorem suum subiectos remittant. Nec ij diu cunctati in hunc ferè modum scribunt. *Haud latere Prapotentis Ordines controversiam, quæ Principem inter & Civitatem Monasteriensem hodieum litigiosa sit, ex eo potissimum enatam, quod Erasul pro suâ Principis potestate (hanc enim moribus Germanorum, lege pacis, & novissimâ Ratisbonensi constitutione Principibus Imperij, iure status, competere) spectato præsentium temporum statu & ex flammâ belli vicinâ, ipsi patria Monasteriensi affini periculo, opportunum conservandis terris, subditisq; suis secum fœdus iniverit, & coacto eum in finem necessario milite, inter alia etiam loca Monasterium suum præsidio firmare intenderit; contra Civitas admittere recusârit, simulq; ab eo se eximere, jus fœderis Principi suo disputare, cognitionem periculi, & necessitatem alenda militiæ, externâq; auxilia implorandi, & sibi & Ordinibus Diœcesanis adscribere præsumpserit. Et quanquam occasione negati iuris præsidij ea mala emergerint, quæ non modicam secum perniciem traxere; quod tamen postmodum, illa inter partes sopita, & nominatim controversiam super iure præ-*

Cc

sidij,



1658.

394 CHRISTOPH. BERNARD.

fidij, Caesaris determinationi subjectam esse constet, sub hac nihilominus cautela, ut interim admissi in Civitatem praesidiarij, donec securitas & quies major elucesceret, congruis mediis alerentur. Hinc confisos se, nihil a Civitate innovatum iri, sed iudicis motum obedienter expectatum fuisse, praesertim cum diversa etiam ad eum finem monitoria emanarint. Nunc vero aliunde certiores fieri, ac si Monasterienses cum nonnullis e Nobilitate conspirassent, Praesidiarios Principis loco pellere, annonam militi subtrahere, & quasi nulla premeret necessitas aut periculum, ipsum arctare Principem ad militem exauthorandum, & una renunciandum inito, firmatq; secum foederi defensivo: Utq; hac feliciter exequi liceret, haud obscure gloriari, implorata Reip. auxilia, ad normam societatis cum Hanseaticis Civitatibus annu nuper quadragesimo quinto pacta (cui tamen haecenus fidem habere nolint) iam tum prompta, paratq; esse. Cum vero ausa huiusmodi in subditis summe periculosa sint, omniq; iustitia & aequitati e diametro adversentur, sintq; fomenta seditionum & excidij terrarum, tanto etiam minus toleranda, quanto certius sit Municipalem hanc Civita-

tem,



tem, subditosq; mediatos isthac viâ contra iurjurandi Religionem temere duntaxat conari, juribus exuere legitimum Principem & superiorem suum, se verò subtrahere debita subiectioni. Neminem sane Principem Imperij ob periculum sequela passurum unquam, ut in ditionibus Imperio subjectis contra sacras ita, profanasque leges impune excedatur, sed communem ab omnibus rationem exigere, ut jura Principum illaesa seruent, imo forti manu tueantur. Eam se de prudentiâ & equitate Confederatorum Ordinum spem firmasse, ut in hac presertim regiminis causâ, non solum inordinatas extraneorum subditorum preces in limine rejiciant, sed potius obstreperam Civitatem ad debitum Principi suo obsequium ocius relègent; nec magis rebus Imperij & imprimis presenti controversiâ, que inter Principem Germania, ejusque subditos litigiosa coram Casareo Tribunali agitetur, sese implicent, quam cupians ipsi, persimili in casu aut rebus, causisque subditorum Reip. Imperij Proceres sibi quidquam arrogare. Litteras hasce Idibus Martij exaratas una consignaverant.

Joannes Philippus Moguntinus.

Maximilianus Henricus Colonienfis.



1658.

Carolus Cassarus Trevirensis, Electores ac Philippus Wilhelmus Neoburgi Dux.

7. Alteras superaddit Christophorus Bernardus hujus argumenti. Scire se, miscit Christianos iterum à Municipali suâ Civitate Hagam-Comitis Nicolaum Drachterum & Gualterum Clutium, acturos isthic, ut capti anno abhinc tractatus nunc constant, & Monasterium Hanseaticæ societati tandem adscribatur. At vero Ordinibus Provinciarum notum esse, quando indubis, ligatisq; sacramenta subditi à superioribus suis desicere, externisq; se fœderibus & amicitiiis incedere meditantur, quid eo passu totius Imperantium catui ipsa gentium iura, moresq; tribuant, & hodieum etiam observent. Certè Electores ac Principes Romani Imperij, speciali legum suarum nexu obligatos, conatibus tam periculosis forti, unitaq; manu contrariare. Nec enim id aliud esse, aut censeri posse, quam publicam defectionem à Superiore legitimo, ejusq; contemptum & unâ assernationem patriarum legum ac statutorum. Apud omnes ubiq; terrarum nationes usitatum esse, ut leviculis hujusmodi ac temerario huic hominum generi ne porta quidem pateat, imò nec à longè audiri mereantur.

Nath



Naturali siquidem & Christiana inprimis legi conforme: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Nec ea propter dubitare se, quin Ordines, arctioris nunc inter Imperium & Remp. hanc amicitia memores, non solum leges ejus non interturbent, sed & sibi, vicinisq; Magnatibus ac Principibus astipulentur, ut quod vicinorum, quod amicorum est, mutuis auxiliis se juvent, inq; id unanimes intenti sint, quod ad veram legum fundamentalium observantiam & cujusque provincia salutem necessum & utile magis videatur. Nulla profecto necessitate Monasterienses adigi, ut iniquis adeo Magnates externos molestent postulatis: sed potius, ut contractui Geistana conformes ad debitam subjectionem, ac quietem se componant, suisque sanctius stent promissis. Quod si tamen prater spem, in his excedere Civitatem contingat, quo id animo accepturi sint vicini Electores ac Principes, credere se, datis ante paucos dies litteris satis illos explicasse. Et quamvis ea fuerit Monasteriensium impudentia, ut postulatis suis Nobilitatem assentiri, ejusdemque secum animi esse affirmare ausint, veritas tamen ipsa sit, non ea Nobilibus tantum, sed & universo Ordini diæcesano, &



hac quidem horâ, in publicis etiam Comitibus, summe improbari. Non posse se adduci, ut credat, unius Civitatis & populi, defectionem meditantis studia, istam apud Remp. tanti fore, ut propterea Imperij totius amicitiam, & ipsa Principum jura postponat. Rem esse Principum Germanorum omnium, quorum ratio non permittat, ut jura & auctoritatem suam sic convelli patantur. Sed & praesidiarios suos adhuc possidere Civitatem, & locum etiam continuaturos; nec eam unquam fore Electorum ac Principum indulgentiam, ut in eo turbari se sinant, aut toleraturi sint, Civitatem unam, pessimo Municipalium, subditorumque omnium exemplo, ita debita subiectioni se subtrahere, fucatisque duntaxat figmentis seducere externam Remp. qua subditos contra legitimum Principem inique tueatur. Eas hodie quae DEI laus sit, vires esse Romano Imperio, ut contra quodvis imminens periculum tueri se queat, ac jura Principum conservare. Notari demùm oportere discrimen, quo Civitates Imperij & immediata à Municipalibus ac mediatis secernantur, ut quae permittat iis publica lex, his è contra severe interdicit. Considerare se ac rogare etiam Praepotentes Ordines, causa

huic



huic non solum non se implicent, sed  
 & reliquas Civitates Hanseaticas (nec  
 enim earum fore commoda, alienorum  
 defectionis subditorum partem se facere)  
 una dehortentur; subditos verò, ne il-  
 licitis pactioibus se coinquent, ad  
 vitam patriis legibus convenientem,  
 Principi suo obsequiosam, ac domi  
 quietam, ipsamq; causam ad Imperium  
 & litispendentiam rejiciant, remit-  
 tantq;. Hæc signa fore aestimata Im-  
 peri, amicitia, & majoris fuisse au-  
 thoritatem, jurâq; Principum, quam  
 iniqua proclivis in seditionem populi  
 postulata. Nonæ erant Aprilis, quando  
 epistola hæc Coesfeldiæ dabatur.

Eodem isthic tempore continuaban-  
 tur adhuc Comitia, quibus unâ præsentibus *Benignè*  
 intererant Monasteriensium Deputati. His *etiam*  
 benignè insinuat Princeps, errorem hunc *dissuadet*  
 ut maturè corrigant; qui missi sunt Ha- *Urbi.*  
 gam, actutum revocentur; & si quid for-  
 san actum sit, tempestivè retractetur. Et  
 hi quidem explicatam sic Principis men-  
 tem ad Senatum promptè delaturos se  
 spondent. Quando verò responsi nihil  
 datum fuit, & pari nihilominus fervore  
 Hanseaticum interim fœdus apud Batavos  
 urgebatur; *Christophorus Bernardus ex-* *Et sub*  
*peditâ quarto Idus Aprilis severâ jussione, penâ in-*  
*Urbico Sanatui mandat, ni poenam bis* *hibet.*



mille florenorum aureorum, & quamlibet  
 aliam, contra hujuscemodi prævaricatores,  
 legibus Imperij definitam præhabere ma-  
 lint, ab omni prorsus cum Rep. Batavo-  
 rum, & quovis extero, fœderis pactione  
 se contineat, *Drachterum & Clutium*  
 Hagâ-Comitis ocyus avocet, iisdemque  
 teu rei illicitæ operantibus, quidquid for-  
 san effectum sit, illicò retractare, serio  
 injungat. Statum namque subditarum  
 Urbium, non potentiorum amicitia vel  
 nexu, sed pietate ac devotione erga DEUM,  
 suosque superiores firmari.

*Respon-  
 sio Mo-  
 nasterië-  
 sum.*

Ad hæc Monasterienses expeditè. *Haud*  
*equidem immemores se eorum, qua per*  
*hos dies Deputatis suis Coesfeldia pro-*  
*posita, & ab his iterum ad Senatum*  
*delata sint. Nihil verò Cives medita-*  
*tos unquam, quod vel patriis legibus*  
*adversum explicari, vel ad Principis*  
*contumeliam, despectumve ullatenus*  
*spectare, censerit possit. Esse palam*  
*omnibus, quantam olim fide publicâ po-*  
*cuniarum summam in Hollandiâ mu-*  
*tuati sint, uni Diœcesis bono, Suecorum*  
*scilicet, Hassorumque præsidis libe-*  
*randa. Quod interim Creditores, ex*  
*non soluto pridem censu, morâ impa-*  
*tientes mercatoribus, civibus suis, arresta*  
*comminentur sint, & ipse Princeps de*  
*fœdere cum Batavis ineundo, operâ Wv-*  
*lichii,*



1658.

lichij, jam dudum Haga Comitū tra-  
 ctarit, utriusque considerationem haud  
 immerito Senatoribus imposuisse curam  
 advigilandi, ne quid vel eo fœdere  
 Civitas, vel Creditorum molestiâ civis  
 patiatur. Amicam semper viciniam  
 Batavos inter ac Monasterienses cul-  
 tam esse. Eiusdem conservanda studia,  
 ad unam imprimis commerciorum salu-  
 tem, uti nemini sint detrimento, ita nec  
 dici possit vel quidquam Monasterien-  
 ses tentasse unquam, quod vel in Cæsa-  
 ris vel Principis, seu cujuscumque alterius,  
 ex Ordinibus Imperii, contemptum aut  
 injuriam trahi queat. Ut profecto eam  
 mandati severitatem non mereantur,  
 qui nec in Principe quidem, super juri-  
 bus Civitati competentibus, mandandi  
 agnoscant potestatem.

Christophorus Bernardus responsi *Repro-*  
 insolentiam demiratus haud volebat ea, *batur à*  
 quæ Comitum-Hagæ palàm agebantur, uno *Princi-*  
 posse commerciorum prætextu palliari. *pe.*  
 cùs ex actis & ipsâ patere chartâ, quam  
 Reip. exhibuerant Civitatis Ablegati. Et  
 quoniam exploratum erat, quo tempore  
 Principatum gessisset, nihil unquam in  
 commerciorum negotio desideratum, sed  
 eam omnium semper fuisse securitatem, ut  
 potuerit justè dolere nemo vel unius ter-  
 uncij jacturam. Si quis tamen defectus  
 Cc 5 irrepsit-



1658.

402 CHRISTOPH. BERNARD.

irrepsisset, haud oportere supplementum  
ejus apud Batavos & externam Remp. sed  
ipsum domi Principem sollicitari; ad quem  
videlicet solum spectaret defensio publica,  
securitas viarum ac commerciorum. Ut  
ex iis sanè prætextibus defensionis culpa  
minimè posset declinari, sed quemadmo-  
dum manifesta sit subditorum omnium  
obligatio, commoda, juraque Principum  
suorum tuendi, ita qui contra machinati  
ausint, legibus rebelles dici, multarique  
mereantur.

9.  
*Urgetur*  
*nihilominus*  
*Societas*  
*Hanseatica.*

Nihil propterea intermittebant Haga-  
Comitis Abbatii Monasterienses, quo sol-  
licitatis Procerum animis Hanseatico fœ-  
deri suam unirent Civitatem. Sed quod  
eâdem tempestate *Carolus Gustavus* Sue-  
corum Rex victoricibus armis Daniam ferè  
subegisset, & tam interesset Reip. Batavo-  
rum impedire, ne *Sunda* fretum & Balti-  
cum mare universum, Suecici juris fieret;  
quam eo rerum statu Germaniam habere  
amicam; res Monasterienses quotidie non  
parum defervere visæ sunt. Tandem ni-  
hilominus prodit Fœderatorum Ordinum  
resolutio. *Constantem esse Reip. men-*  
*tio Batavorum.* *tem promptè semper conferre ea, qua*  
*continuanda, augendaq; unitos inter*  
*Belgas ac Monasteriopolim amica vic-*  
*nitati prodesse possint; nec minus quam*  
*antea, teste orbe toto, commendatam*  
*fore*



fore privilegiorum ac libertatis, juri-  
rumque integritatem: Et si Monaste-  
rienses reliquarum Civitatum consensum  
antea probaverint, Civitatem suam  
societati Hanseatica inclusam iri, iis  
tamen conditionibus, quibus postea con-  
ventum fuerit consensu sociorum.

Dato hoc Ordinum responso Mona-  
sterium redire parant; sed memores litte-  
rarum & severæ jussionis, quâ Princeps his  
diebus Senatam territarat, sui non satis se-  
curi ab Ordinibus diploma tutelare petunt  
& militum manum, quorum comitatu salvi  
in Urbem reducantur. Néque difficulter  
impetrant, ceu novum Principis irrita-  
mentum. Nam moniti Cives, stipatos  
equestri Batavorum turmâ Ablegatos re-  
verti, nec procul esse Monasterio, & ipsi  
pridie sub primam noctis, incio militiæ  
Præfecto, multum ex Urbe armatum mi-  
litem obviam mittunt, atque ita inter Tu-  
telares Hollandos, & præsidarios Mona-  
sterienses ad tympanorum, tubarumque  
sonum quinto Nonas Maij in Civitatem  
incolumes deducunt. Id quod iterum  
Princeps territorij violationem interpreta-  
batur.

Leo ab Aitzema jam perentiscens in  
rebus Monasteriensibus fervorem animo-  
rum apud Batavos indies magis deponi,  
nec qui expectabatur à tribus Urbibus Han-  
scaticis

Ablega-  
ti re-  
deunt  
Mona-  
sterium.

Sub præ-  
sidio  
militis  
Batavi.

10.

Mona-  
sterien-  
ses pe-  
tunt à  
Batavia.



1658.

seaticis consensum facile secuturum, patrocinio Civitatis cupiebat exonerari; sed & litteris & novis iterum man. latis firmatur. Ipsi namque & cum primis *Guilielmo Adriano Comiti Flodorpio* die vigesimâ septimâ Maij committunt. Ordinibus ut probent præsens undequaque periculum & inde necessitatem Civibus impositam jurium suorum ac libertatis conservandæ. Id cum fieri nequeat sine militum subsidio, nec ij opportunè nunc conscribi possint, orent omni contentione Fœderatos Ordines, ut dimittant, solvantque sacramento pedites mille, aut tot centurias, quæ eum numerum exæquent, liceâtque iis, sed Civitati denuò juratis Urbis stipendia merere, quamdiu opus visum fuerit. Quod si etiam præter spem contingeret, armatâ rursùm manu Civitatem infestari, ne deserant, sed uti æstare nuperâ, aut amicâ intercessione, aut iis mediis succurrant, quæ opportuna videantur tuendæ securitati. Volunt autem, ne præsentis mandati argumentum propaleatur. Igitur *Flodorpius Comes & Aitzema* à Rep. nominari quosdam petunt, cum quibus de re Monasteriensi secretò agatur. Inter designatos nonnulli quibus Religio Reformatæ cordi, curaque erat, haud surdis auribus postulata Monasteriensium excepere: opportunam rati hanc occasionem,

*Civitati  
sua præ-  
sidia-  
rios.*

*Clam  
super eo  
tracta-  
tur.*

sub



sub umbrâ tot præfidiariorum, si non Religionem, certè Religionem in Episcopali Urbe, magno multorum nobilium, vicinorumque desiderio firmandi. Verùm Hollandia, & cùm primis Urbs *Amstelodamum* bello, quod in septentrione gerebatur, & salutem Balthici maris intentiores, à rebus Monasteriensibus facile avertentur, & ipsum *Flodorpium* Comitem impedimenta aliò abstraxere, qui nec diu post re penitus consideratâ se prorsus abdicat, refarturus prudentiâ, quod fortè præceps errârat.

Nova cum Batavis emergebat sub hoc tempus molestia. Quispiam Ordinum *Hessing* Grammateo à calamis, reus agebatur re-  
 velati decreti secretioris *Joanni Hessingio*, Princi-  
 ac propterea ad octennium ex *Hollandiæ* *pis Haga*  
 Comitatu exulare iussus. Quodque *Hessingius*, Minister,  
 qui Principis *Hagæ* Minister ac capti-  
 negotiorum gestor erat, & ipse attinere-  
 tur, estimationem sui læsam arbitratus  
*Christophorus Bernardus*, è Concilio in *Legatio*  
 Hollandiam ocyus ablegat *Henricum Bat-*  
*zium* Jurisperitum, ut dimitti *Hessingium* *zèl di-*  
 postularet. Qui & *Hagam* appulsus in iis, *mittitur*  
 quæ iussa erant, exequendis impiger, *Vi-*  
*rum* ajebat, *variorum esse Principum*  
*ministrum*, *litteris non unis publica*  
*fidei probatum, tabulis inscriptum, agni-*  
*tumque. Si pater filium appellet, eum,*  
 quò



1658.

qui dubitabatur, an filius esset, legibus  
 definitum, iam filium esse & preroga-  
 tivam filii gaudere. Reum pariter agi  
 Hessingium delati ad se secretiorum De-  
 creti & nominatim Anni precedentis  
 de solvendâ Monasterii obsidione. Prae-  
 sulem suum paratum verbo Principis  
 testari, non ab Hessingio id prodiisse,  
 sed ab alio se scire, quem si ita res  
 exigat, nominare possit. Sed esto etiam  
 Hessingium industriam suam excessisse li-  
 mites; quis sit, qui ex historia ignoret,  
 ab eo tempore, quo politia coli cape-  
 rit, aulaeque Magnatum & Curia fre-  
 quentari, Legatos, Agentes, negotio-  
 rumque gestores in eo semper fuisse to-  
 tos, ut rebus principalium suorum ve-  
 lificari & commodare potuerint. Fe-  
 cisse id olim, facere & hodieum; ita  
 prorsus, ut qui hic flaccescat, nullibi  
 par isti muneri aut aptus censeatur.  
 Agens si igitur olim illud obtinuit, si  
 etiamnum obtinet, si communis error  
 aut ius faciat, uti facit, aut à culpa  
 excuset; quisnam equus arbiter succen-  
 seat Hessingio, se viam sectatum esse à  
 tot aetatibus iam tritam? Romanos  
 perfectissimam olim gentem, nunquam  
 rigidis nixam esse consiliis, ubi dicta  
 lex in usu fuit. Aut innocentem igitur,  
 aut itaque quoque reum dimitti oportere.

Et



1658.

Et id oratione suâ effecit *Batzius*, ut statim Ordines è custodia dimiserint *Hesslingium* & suæ restituerint libertati.

Interregni ab excessu *Divi Ferdinandi Tertij* Romanorum Imperatoris, annus nunc secundusolvebatur. Electores jam pridem invitati erant *Francofurum*, diesq; decima octava Julij indicta successori deligendo. Post Octoviros Pontificius, Gallia, & Hispaniæ Monarcharum, aliorumq; Regum ac Principum Legati isthuc numerosè confluxerant, Et cum eadem in Urbe Deputatio Imperij adhuc continuaretur, legemq; componerent Electores (*Capitulationem* vocant) futuro Regi Romanorum, studia partium fervebant, ut eorum præsentis aucuparentur gratiam, quorum amicitia vel authoritas utilis sperabatur. *Monasterienses* è Senatu *Timmerscheidium* Consulem & *Keppelium* JurisConsultos eò mittunt, qui licet ab Austriacis benignius habiti sint, à *Moguntino* tamen Pontifice durius excepti, dimissique, re infectâ & modicâ spe, breviter domum revertuntur. Sed & suos jam dudum ablegaverat *Christophorus Bernardus*, huic imprimis curæ intentus, ut quod sæpè monuerat *Bavarus* & *Saxo* ceu Vicarij, & sollicitè semper curaverant *Rhenani Electores*, Civitatem suam ab instituto ad *Batavos* recursum arctius coërceret. Nec suo

12.

*Francofurum*  
*indicta*  
*electio*  
*Imperatoris.*

*Quò* *Ci-*  
*vitas.*

*Et Prin-*  
*ceps suos*  
*ablegat.*



1658.

Capitu-  
lacio Cæ-  
sarea  
Mona-  
steriensi-  
bus ad-  
versa.

fuo caruit spes & opera successu. Accessit  
namque Cæsareæ Capitulationi nonus hic,  
qui sequitur, articulus. Cumque in fa-  
cto animadversum sit, quod exteri Ma-  
gnates in negotiis Imperij ac signanter  
controversis, qua inter status ac sub-  
ditos versantur, sub pretextu fœderis  
Hanseatici vel alio simili se immisce-  
ant, invicem concurrant, & erecta  
antiquitus uniones confirmant, appro-  
bentq; : instrumentum autem pacis, so-  
lis Electoribus, Principibus & Ordini-  
bus Imperij Confœderationes permittat,  
subditis vero neget; imò si qua forsus  
hujusmodi olim privilegia obtinuerint,  
vel indulta, retractet, annullëtq;. Hinc  
Nos non solum per litteras dehortato-  
rias conatibus adeò periculosis obviabi-  
mus, sed nec ullatenus permittemus, ut  
contra Auream Bullam, Instrumentum  
Pacis & Imperij Constitutiones, ulli  
mediati subditi cum exteris Magnati-  
bus aut Rebuspub. vel aliis, ipsis etiam  
Imperij Ordinibus, eorûmq; subditi  
fœdera, protectiones, aut garantias  
paciscantur, & si quid contra atten-  
tum foret, indilate abrogabimus, inquit  
contraventores, præsertim eos, qui al-  
terius suos Territorij Dominos ad ex-  
teros Dominantes recurrunt, ipsorumq;  
auxilia, indigenarum ac protectionem  
realiter



realiter impetrant, recipiunt, utuntur, in iis constantes manent, nec illicitis hujusmodi attentatus post admonitionem renunciant, juxta legum Imperij rigorem animadvertemus, curabimusque, ut si necessitas ita exigat, ipsa facta & invasiones congruis pariter mediis avertantur.

Vix poterat quidquam expressius inferi, quo Monasterienses ceu subditi, à suo ad Concederatos Ordines Belgij refugio fortius retraherentur. Id tamen Cives non fugiebat, hinc tamen potentiam Batavorum, illinc clementiam domus Austriacæ in spem melioris erigebantur. Ut primum enim nuncius attulit Leopoldum Austriam, Hungariæ, Bohemiæque Regem, con-

13.  
Leopoldus electus  
quinto Kal. sextiles Francofurti legitur.

cordi Electotum omnium suffragio, decimo quinto Kal. sextiles Francofurti lectum esse ac renunciatum, isto nomine Primum, Romanorum Imperatorem (nam incredibili celeritate Germaniam universam fama pervolavit) cives haud præstolati Principis jussa, aut communem Provinciæ totius plausum, vigesimam secundam Julij sub vesperam, referatis privatam auctoritate templorum foribus, ipsi campanas pulsant, & honorario spectabiles armati, unam cum præliario milite, per valla, per compita, tormentis, bombardis, festivis ignibus lætitiæ signa dant:

Applausus Monasteriensem.

Dd

sed



1658.

410 CHRISTOPH. BERNARD.

sed incunte jam nocte, ubi civis & miles ab armis cessabat, in turrim Divi *Lamberti* ac propylæum vinarix domus, *Tubicines* & phonsorum grex bipartitum ascendunt; & hymnum alternantes *Ambrosianum*, festivâ Neo-Cæsari symmetriâ applausere. Pluris volebant æstimari speratam hoc oblectamento Cæsaris gratiam, quam posthabiti Principis sui offensam.

Et Christophori Bernardi.

At verò *Christophorus Bernardus*, ut pro felici Regis electione, statim ab excessu *Ferdinandi Tertij*, sollicitudine consuetâ, toti *Dicecesi* preces, ita nunc solennem gratiarum actionem sine morâ imperavit; quam & ipse singulari pompâ festivam habuit, supra omnes latus, quod filium, quod nepotem Cæsarem, ex *Austriacâ* domo, in solio Imperiali videret successorem, cui perennem in terris vitam, Imperium felix, fortunatumque, victoriam de hostibus, imò fausta omnia à superis precabatur; nec omisit plura statim lætitiæ ac devotionis argumenta testari, quando Cæsaream *Leopoldo* majestatem fuit gratulatus.

14.  
Fœdus  
Rhenanum extenditur.

Per quos dies hæc in *Provincia* *Monasteriensi* agebantur, *Leopoldus Primus* jam Imperator *Frankfurtum* reliquit. Ubi inter *Electores* ac *Principes*, cum *Christophoro Bernardo* jam antè sociatos, quarto



quarto decimo Augusti novum fœdus cum  
 lum est, sed in pauca ab eo discrepans,  
 quod quadriennio ferè ab hinc pacti erant.

Morabantur tum in Urbe Moguntinâ An-  
 tonius Dux Gramondus Par & Marechal-  
 lus Franciæ, ac Hugo Leonius Marchio  
 Fresnæus Christianissimi Regis Oratores.

Quorum operâ eidem se societati Rex ad-  
 scripsit juxtâ tabulas quâ subjecimus for-  
 mâ & verbis expeditas.

*Et inno-  
 titur  
 Rex  
 Gallia-  
 rum.*

*Tabula  
 fœderis.*

*Quandoquidem Sacra Christianissima Regia  
 Majestas ut consors pacis, accedit ad fœdus, quod  
 Eminentissimi, Serenissimi & Reverendissimi Prin-  
 cipes ac Domini, D. Joannes Philippus Mogun-  
 tinus, D. Carolus Casparus Trevirensis, D. Maximi-  
 lianus Henricus Coloniensis, Archi-Episcopi, Sa-  
 cri Romani Imperii per Germaniam, Galliam,  
 Regnum Arelatense, ac Italiam, Archi-Cancel-  
 larii ac Principes Electores, Christophorus Ber-  
 nardus Episcopus Monasteriensis, sacri Romani  
 Imperii Princeps, D. Philippus Wilhelmus Comes  
 Palatinus Rheni, Dux Bavaria, Juliaci, Cli-  
 via, & Montium, &c. Regia Majestas Suecia,  
 uti Dux Brema & Verda, ac Dominus Wisma-  
 ria, &c. D. D. D. Augustus, Christianus Ludovi-  
 cus, & Georgius Wilhelmus, Duces Brunsvicen-  
 ses & Lunaburgenses, nec non D. Wilhelmus  
 Hassia Landgravius, &c. vi recessûs Francofurti  
 hujus Anni Millesimi, sexcentissimi, quinquage-  
 simi octavi, die decimo quarto Augusti, unani-  
 miter conventi, inierunt, ideò Rex Christianissi-*



mus eundem recessum per omnia omnino comprobatur, & iuxta eius tenorem, usumque sub conditionibus, praedictis Electoribus & Principibus se associat, adeoque Rex Christianissimus ab una: deinde Electores ac Principes foederati ex altera parte, pro communis in sacro Imperio tranquillitatis conservatione, mutuam inter se amicitiam ac defensionem paciscenter, praestant, & solennem recessum hac singulari partitione confirmantes, utringue porro in conditionibus infra scriptas convenerunt, ita tamen, ut, prout in dicto recessu continetur, ad idem factum liber aditus patere debeat omnibus, nullo excepto, reliquis Principibus pacis consortibus, tum Catholicis, tum Augustanae Confessioni addictis.

Sit super pacem publicam Monasteriensem & Osnabrugensem, inter Regem Christianissimum & foederatos Electores ac Principes supra dictos omnes & singulos, eorumque successores, heredes, & posteros, amica, sincera, & firma correspondentia, ac reciproca obligatio in terminis defensivis, ita ut unus alteri, omnesque uni, & sic mutuo sibi inter se, si invadantur in praedictis conditionibus, instrumento pacis comprehensis, assistant modo sequenti.

Defensivum hoc foedus ultra non extendatur, nisi quousque omnes ac singulos instrumentum pacis obstringit: Ex quo securitate tam publicam, quam privatam, Rex Christianissimus & foederati Electores ac Principes, quibus securitas



fm, & iunctim omnes, fruantur, mutuis auxiliis tui adversus quoscunq; aggressores & invasores, instrumento pacis contraventuros.

In specie vero unus alteri opem ferat contra turbatores in eo, quod quisq; paciscentium iure successionis aut electionis, aut vi instrumenti pacis, re ipsa possidet. Ex hac servanda pacis conventionione particulari, nullo modo ledatur quisquam sive intra sive extra Imperium; bella etiam Hispano-Gallica inde penitus sint exclusa; adeo, ut iis fœderati Electores ac Principes nullatenus implicari velint, nec quoquo modo teneantur.

Rex Christianissimus fœderi huic defensivo accedens, promittit servare omnibus modis Instrumentum Pacis, & requisitus assistere eis, qui idem servare volunt, quivè Electorum, tum omnium & singularum Principum & Imperij Ordinum iura & libertatem sibi cordi esse sinunt, contra omnes, quotquot voluerint vel tentaverint eos impugnatum ire, aut in exercitio iurium, libertatumq; suarum impedire.

Rex Christianissimus promittit arma sua nullo modo applicare vel conferre contra vel in Imperium, aut Electores, Principesq; aut eorundem provincias, terrasq; hostiliter incurfare, aut hybernis, contributionibus, aliisvè quibuscunq; exactionibus bellicis gravare, easvè nullo alio modo turbare, nec permittere, ut in præiudicium sacri Imperij vel confœderatarum Electorum ac Principum, quicunq; iam

Dd 3

sint,



sint, vel fœderi huic sint accessuri, miles in Gallis, aut in Alsatiâ conscribatur, indeque in perniciem illorum educatur, armave, tormenta, vel pulveres tormentarij hostibus ipsorum submittantur. Rex in specie suos quoque reliquos fœderatos, quicumque illi sint, vel futuri sint, intra & extra Imperium, disponet, ut pariter bonam & stabilem amicitiam, pacemq; servent cum Imperio, Electoribus, & Principibus fœderatis, hisque ne nocere aut præjudicare ullo modo, vel directe, vel indirecte velint, aut faciant.

Rex Christianissimus in simplo se obligatum omnibus fœderatis his conjunctim, tum seorsim singulis, assistere mille sexcentis pedibus, & octingentis equitibus, cum convenientibus tormentis bellicis, propriisque sumptibus, si ipsi, ullavê eorum ditiones, ubicunq; sita sint in Germania, hostiliter invadantur, vel stativis, hybernis, exactionibus, contributionibus, transitibus violentis, & executionibus militaribus, aliisque factis atque pressuris, quovis modo graventur.

Vice versâ pollicentur Electores & Principes fœderati pacem servare cum Rege Christianissimo, Regno Gallia, & cunctis Regionibus ei nunc subjacentibus, neque directe, nec indirecte assistere milite vel pecunia iis, qui volent contra Instrumenta pacis Regem, ejusque terras per Instrumentum pacis acquisitas, atque possessas, aut in quibus vi Instrumenti pacis



ei pacis habet jus praesidii, hostiliter in  
vadere.

Electores & Principes foederati obligant  
se in simplo illo numero & peditum & equi-  
tum, qui in supradicto recessu expressus est,  
suo pte ere, auxilio esse Regi Christianissimo  
in & pro illis provinciis, quas ex Instrumen-  
to pacis habet, si ex Imperio ab ullo Statuum,  
aliisve, qui Monasteriensis Pacis socij sunt, ho-  
stiliter invadatur, aut arma auxiliaria ini-  
micis ejus, illas terras invadentibus, prabe-  
antur.

Si Instrumentum pacis non servetur, tunc  
ad requisitionem partis laesa statim foederati  
Electores & Principes, & qui porro acceße-  
rint huic foederi, juxta praescriptum Instru-  
menti Pacis, omnem fidam operam, studia &  
officia prompta in id adhibebunt, ut ejusmodi  
infractioes sine mora & reipsa tollantur &  
reparentur.

Vigore hujus foederis singuli & omnes  
Electores ac Principes foederati promittunt,  
se, ad obtinendam pacis observantiam, tam  
in Imperii Comitibus quam alibi, omni modo  
ac totis viribus curaturos, prospecturosque, ut  
generalis guarantia in Instrumento pacis, s. Ve-  
runtamen &c. fundata, efficaciter & realiter  
in ipso opere constituatur, qua constituta vel  
speciali aliqua garantiâ tantisper, donec illa  
generalis plene firmetur, inter pacis socios,

Dd 4

plurimum



plurium ad hoc fœdus accessu factâ, de aliis realibus & effectivis mediis pacem conservandi ac tuendi, & de conjunctione consiliorum, viriumque in contravenientes porro convenietur.

Interim singuli & omnes fœderati Electores, Principesque ad fluvios, ac præsertim ad Rhenum habitantes, & ubicunque præterea id obfitus opportunitatem fieri poterit, quilibet eorum in suo territorio, tenebuntur cavere, ne copia adversus Regem Christianissimum, ejusque modernos fœderatos, in Belgium aut alio missa, per ditiones suas transeant, neve in suis terra ulla stativa, hyberna, arma, tormenta, commectus, eis permittantur, qui paci contraveniunt.

Rex Christianissimus & fœderati Electores & Principes mutuo sibi promittunt, si occasione vel sub prætextu hujus defensiva pro pace correspondentiæ, in Germaniâ unus illorum vel omnes, ab ullo, quisquis ille vel intra vel extra Imperium futurus sit, offendatur, hostiliter tractetur, quod tum unus alteri omni conatu, & necessitati congruâ virium suarum potentia præsto esse, suos exercitus eò conducere, & pro defensione laborantis socii, copias suas paratissimè conjungere velint.

Duret defensivum hoc fœdus ad proximum triennium à die ratificationis computandum, atque si interea pax inter Gallia & Hispania Coronas non coierit, prorogetur consensu Confœderatorum omnium, aut eorum, qui in hoc fœdere



fœdere ulterius persistere volent, & de hoc tractetur Francofurti medio anno ante lapsum triennij.

Hos omnes articulos & singulos Rex Christianissimus & fœderati Electores & Principes sibi appromiserunt, quia instrumenta pacis & ceteris Imperij Constitutionibus nituntur, & Recessui hujus Anni Millesimi sexcentissimi quinquagesimi octavi die decimo quarto Augusti Francofurti inter principio memoratos Electores & Principes inito, cui Rex Christianissimus accedit, conformes sunt, & ad neminis mortaliū offensionem spectant.

Reservant sibi tamen Electores & Principes fœderati omnes & singuli, fidem Imperio, patriæ suæ, & Imperatori debitam.

In fidem ac solidamentum horum omnium Instrumentum hujus fœderis ad ratificationes Dominorum Principalium intra spatium unius mensis invicem commutandas subscriptum & sub-signatum est, à Regis Christianissimi & fœderatorum Electorum, Principumque Legatis. Moguntia die decimo quinto Augusti Anno Millesimo sexcentesimo, quinquagesimo octavo.

Scio non defuisse, qui Christophoro 15.  
Bernardo inconsultum arbitrabantur hanc Curidē  
una confederationem amplecti. Id in- ample-  
visum fore Austriacis & perniciosum cau- xus sit  
sæ cum Monasteriensibus controversæ. C. Ber-  
Sed quoniam Principi simul opus erat nardus.  
am. cliâ Regis Galliarum, & in hanc

D d 5

pro-



1658.

propendebant Principes Confœderati omnes, haud decere opinabantur alij, *Christophorum Bernardum* singularem & ita imprudentem esse, ut subtraheret se solum; & societatem, quæ fidem Imperio, patriæ, Imperatori debitam, omninò salvam velit, unâ cum Sociorum & tanti Regis favore declinaret. Et quamquam initio non unâ de causâ subscriptionem aliquò usque suspendit, adeò tamen dextrè postmodò se illi innexuit, ut quod nobis exploratum est, idcirco nec gratiâ Cæsaris exciderit, nec factum Cæsar improbârit. Et profectò, sicuti Capitulatione Cæsareâ Imperatorem, ita pactione hac Moguntinâ Regem Galliarum suum pariter ad subsidium obligavit. Præsertim cum Rex sponderet ita dispositurum se suos, seu intra, seu extra Imperium Socios, ut cum fœderatis hisce Principibus stabilem colerent amicitiam, nec rebus aut commodis illorum nullatenus officerent: Atq; ita *Christophorus Bernardus* jecit fundamenta secundæ obsidionis, cæpitque Monasterium suâ prudentiâ expugnare, antequam obsideret.

*Educit  
militem  
suum ex  
Urbe.*

Sed præsidium, quod in Urbe Princeps ex pactione *Geistana* à tempore ingressûs sui continuârat, uti civium oculis invisum erat, ita & domibus permolestum. Qui à Civitate nonnihil stabant

Ordi-



Ordines Dicecesani, cum primis pauci è Nobilitate, suadere Principi, ut educto partim milite præsidium contrahatur. Nul- lum quippe hostilitatis esse metum, & animos civium faciliùs ita tranquillatum iri. Princeps persuasus partem educit; sed vix priores stationem reliquerant, reliquis fores præcluduntur, neganturque hospitia; ut dum abitum minis etiam ac injuriis maturant, Principi satius fuerit totum evocare; præsertim cum reliquiæ præfidiariorum, viribus Urbanis impares, ad ea quoque adigerentur, quæ cum Principis & militiæ despectu conjuncta erant.

Inter hæc *Christophorus Bernardus* præsentibus patriæ malis haud rarò ingemiscit; Nec vanè auguratus majora, quod non ignoraret iram DEI peccatis hominum provocari, justaque ultione immit- ti læpè calamitates, quibus unà fontes, infontesque miserè implicentur, ut iratum Numen placet, futuræque mala à cervicibus commissi gregis avertat, publi- cas, privatæque preces Dicecesanis in- dicit. Dein ut Christiano instituto con- formis sit vita subditorum, multa salu- briter ac præclarè statuit; cum primis in duella, in divinos & ariolos, inque eos, qui in DEUM, qui in superos contumeliosi forent, & contra facinorosos hu- jusmodi legum rigorem innovavit. Nec

16.  
Indicis  
preces.

Et mul-  
ta salu-  
briter  
ordinat.



1658.

Impe-  
trat à  
Cæsare  
manda-  
tum con-  
tra Mo-  
nasteriē-  
ses.

420 CHRISTOPH. BERNARD.

Nec humana deesse inedia passus est, dum apud Imperatorem excitatâ Regiæ Capitulationis memoriâ per se, per suos urget, Monasteriensis Civitas ut à confugio ad exteros severè coërceatur. Exeunte igitur hoc anno supra quinquagesimum octavo perfertur ad Senatum, Populûmque Monasteriensem Cæsaris mandatum hujus argumenti

LEOPOLDVS Divinâ clementiâ Electus Romanorum Imperator semper Augustus. & c.

Dilecti & Fideles. Episcopi Monasteriensis Devotio, tam per litteras, quam per suos ad Conventum Deputationis Ablegatos humiliter supplicavit, ut Cæsareo Nostro mandato Vos serio commoneremus, ne in causa se inter & Vos controversâ, ad Ordines Belgii Confederatos vel quempiam alienum recurreretis, sed quod & Devotio sua facit, obedienter expectaretis Judicis decisionem. Id cum equitati & sacri Imperij legibus consentaneum sit, ditâmq; controversiam Cæsarea Nostra determinationi submittere se Devotio sua testetur. Eapropter clementissimè & serio Vobis imperamus, ut Vos & juris definitioni subjiciatis, & ab omni prorsus ad alios recursu contineamini. Hac est enixa Nostra Cæsarea volun-

tas,



tas, quam obedienter exequi vestrum  
erit. Dabamus in Civitate Nostra Vien-  
nensi die duodecimâ Decembris 1658.  
LEOPOLDUS.

1658.

Ut. Ferdinandus Comes Curtius.  
Ad mandatum S. Cæsareæ Majestatis  
proprium.

1659.

17.

Reinhardus Schroderus. Tollit

Eam Cæsaris prohibitionem, cum contro-  
obsequelam Monasterientes sponderent, *versiam*  
multum quidem Princeps credebatur profu- *Eckia-*  
turam intestinæ quieti; sed ut omnem *nam.*  
quoque vicinis adimeret occasionem pu-  
blici motûs, duo è medio tollere neces-  
sum judicabat. Erat *Eckiana contribu-*  
tio; & *prætextum ius in Beverger-*  
*nam.* Hoc subindè excitabant Princi-  
pis *Auriaci* Tutores. Illa originem tra-  
xerat a quodam *Eckio*, qui dum olim  
magnam pecuniæ vim ceu Creditor po-  
stulârat à Principatu Monasterienti, solu-  
tione pernegatâ benigniores expertus Gel-  
ros, Transsalaranôsque, quæ ampla isto  
tractu possidebat Clerus Monasterientis *Patria*  
bona, legitimi juris prætextu adjudicata *din darme*  
obtinerat. Crescente postea censu & *nosam.*  
sumptu, multis millibus debitum hoc  
Diœcesi stetit. Præcepti namque fructus  
& prædia possessoribus refundi debuerunt,  
imperatâ Diœcesanis exactione, quæ &  
inde celebratissimo nomine dicta est  
*Eckia-*



1659.

*Eckiana*. Quibus patriam nominibus ut liberaret Princeps, instituto cum Gelris & iis, quorum intererat, Zutphanice tractatu, nunc abrupto, nunc innovato, operâ tandem Ablegatorum rem totam hoc tempore confecit, atque ita Clerum & Patriam tantis tot annorum oneribus, molestiisque feliciter expedivit. Quid verò de causâ Bevergernensi Principem inter & Auriaci Tutores actum sit, ex *hastabulis* ipso, quod sequitur, Transactionis Documento explicatiùs liquebit.

*Notum sit universis. Cum inter Serenissimam Principem ac Dominam D. Mariam ex Regibus Magna Britannie natam, & Celsissimam Principem ac Dominam D. Ameliam viduam, Principes Auriacas (titul.) tam propriâ, quam Serenissimi Principis ac Domini D. Friderici Wilhelmi Marchionis Brandenburgici, S. Rom. Imperij Principis Electoris (tit.) autoritate munitas, uti respectivè Matrem, Aviam ac Tutores Serenissimi itidem Principis ac Domini D. Guilielmi Henrici Arausionensium Principis (tit.) ex unâ, & Celsissimum ac Reverendissimum Principem ac Dominum D. Christophorum Bernardum Episcopum Monasteriensem (tit.) ex alterâ partibus, occasione pratenensionis, cujusdam in Castrum ac Municipium Bevergern, item in Arces ac Praefecturas Cloppenburg, Oite & Frisoite, nec non Embslardiam, Scappiam & Hummelingiam, & quot*



quot olim Comes Tecklenburgicus loca Diœcesi  
 Monasteriensi cesserit (Lingensi Præfectura cum  
 quatuor suis parœciis duntaxat exceptis) dis-  
 sensiones nata sint, & memorati Tutores præ-  
 dictarum Præfecturarum, Castrorum, Munici-  
 piorum, oppidorum, pagorum, locorum, bono-  
 rum ac pertinentiarum respective deoccupatio-  
 nem & restitutionem urserint, è contra verò  
 memorata sua Celsitudo non solum id recusâ-  
 rit, sed & continuatam hæcenus in tertium  
 usque seculum possessionem vel quasi allegarit,  
 & inde non modica collisio, bonaq; vicinita-  
 ris & amicitia perturbatio facile enasci po-  
 tuisset; quibus malis ut partes antevertant, si-  
 mulque conservent & augeant mutuam hucusq;  
 necessitudinem; atque unâ partem tam carè  
 pacem in Imperio Romano ac vicinis Provin-  
 ciis constabulant, quietemque procurent utrim-  
 que constantiorem, post varias hinc inde Le-  
 gationes, tractatus & Consultationes amicè  
 tandem convenerunt in modum sequentem.

Primum dicti Domini Tutores nomine Pu-  
 pilli sui Principis Auriaci, & tam pro se,  
 quam totâ Domo Auriacâ, omnibusque Con-  
 sanguineis, Co: & Agnatis cedunt ac renun-  
 ciant omnibus & quibuscunque juribus ac præ-  
 tensionibus in prædicta Castra, municipia, loca  
 & bona cum omnibus att- & pertinentiis in  
 perpetuum, ita ut nec unquam, nec ullibi,  
 sive intra, sive extra Romanum Imperium,  
 seu judicialiter, seu extrajudicialiter, sub quo-  
 cunque



cūque etiam quæsito colore vel pretextu contra Celsitudinem suam, Eiusque Successores, seu etiam Diœcesin & Principatum Monasteriensem nullatenus posthac moveri, servire aut prodesse possint aut valeant; sed ea omnia mortificent & annullent in hisce scriptis, non secus ac si nunquam in rerum naturâ fuissent, atque ita in perpetuum mortificata & annullata esse ac permanere debeant. Eumq; in finem & ad maiorem quoq; firmitatem cedunt & renunciant omnibus actionibus, beneficiis & sententiis, quæ propter prædicta bona contra quemcūq; & nominatim Comitem Tecklenburgicum moveri vel illis utiliter competere quocūq; modo possent. Pari modo cedunt ac renunciant in perpetuum omnibus prætensionibus & iuribus, quæ præfato Principi & Domini Auriacæ beneficio Instrumenti Pacis Hispano-Batava de Anno 1648. & signanter §. 50. cedat item speciâtim attributa & reservata sunt, ita ut ex nunc in perpetuum prodesse amplius non possint aut debeant; sicut & iidem Domini Tutores Celsitudinem suam, Eiusq; Successores, Diœcesin & Principatum Monasteriensem de his ac omnibus prædictis prætensionibus sigillatim quietârunt & absolverunt. Quod si etiam aliquando contingeret Celsitudinem suam, Eiusq; Successores, Diœcesin & Principatum Monasteriensem contra hanc transactionem, cessionem & tractatum, vel quoad prædicta bona, eorumque pertinentias, aut etiam possessionem & usum impugnari, impediri, vel inquietari, quocūque

demum



demum modo id eveniret, spondent & promittunt sapememorati Tutores pro eo quod gerunt Tutela officio, Celsitudinem suam, Ejusq<sup>3</sup> successores, Diocesin & Principatum Monasteriensem, in bonis, juribus & prætensionibus per hanc cessionem & tractatum à laudatissimâ domo Auriacâ acquisitis se tuituros, & indemnes servaturos. Promittunt quoq<sup>3</sup> & stipulantur effecturos se, ut Princeps Auriacus, quando majorennis fuerit, contractum & transactionem hanc pro se, heredibus & successoribus suis firmum, ratum ac gratum habeat, nec propterea quidquam aliud à Celsitudine suâ, Ejus successoribus, Diocesi aut Principatu Monasteriensi exigat aut prætendat, Verbo Principum & sub hypotheca omnium bonorum, Principatum, Comitatum, Dynastiarum, ubicunq<sup>3</sup> locorum ad Auriacum Principem pertinentium, nullo prorsus excepto, & nominatim Comitatus & Domini Lingæ cum omnibus attinentiis suis, ita quidem ut nec generalitatis specialitati, nec specialitatis generalitati deroget. Renunciant iidem Domini Tutores, eorumq<sup>3</sup> Consortes signanter beneficio Auth. Præsentis. Cod. de fidejuss. Divisionis, & Epistolæ Divi Adriani, Cedendarum actionum, & novarum Constitutionum de fidejussoribus, aut pluribus debendi reis, Senatus-Consulti Velleiani, Authent. si qua mulier. Et qua id genus plura in favorem sexus feminei vel corpore utriusq<sup>3</sup> juris, vel Sacri Romani Imperii Constitutionibus & recessibus, aut in aliorum Principum &

Ee

Rerum-



Rerumpub. Ordinationibus comprehensa & latius expressa sunt; item generaliter omnibus exceptionibus, effugiis, favoribus & beneficiis, qua Principi pupillo quoquo modo competunt, aut posterum competere poterunt, prouti ea omnia & singula nullo prorsus dempto, non minus, quam pradeducta specialia, in corpore utriusq; iur. S. Rom. Imperii recessibus & constitutionibus & aliorum Principum, Magnatum & Rerump. legibus expressa & contenta sunt, quibus omnibus tam in specie quam in genere, ac si de verbo ad verbum hisce inserta & specificata essent, scienter, & à Consiliariis suis, aliisque abunde informati harum vigore in optimâ juris formâ, absolute, plenissime & in perpetuum renunciant, ita quidem, ut contra hanc promissionem, renunciationem, & obligationem, datamq; facultatem propriâ authoritate exequendi aut alias per viam paratâ executionis procedendi, nec omnes, nec singuli, nec aliquis eorum huiusmodi exceptionibus, effugiis, contradictionibus, nec aliquo Rescripto, arresto, mandato vel inhibitione, etiam à Sacra Casarea Majestate, S. Romani Imperii Electoribus, Principibus & Ordinibus, aut aliis Coronis, Regibus, Magnatibus, Rebusp. vel Provinciis iam tum obtenta vel decreta essent, seu in futurum sub quocunq; etiam colore & pre-textu obtineri vel decerni contingeret, neq; ulla beneficio appellationis, provocationis, recursus, restitutionis in integrum, nullitatis contractus, aut processus revisionis, & similibus (quibus omnibus,

quar-



quantum quidem presentibus contraria sunt, scienter & sufficienter instructi in optimâ iuris formâ renunciant) se unquam defensuri aut tuituri sint, sed omnibus iis non attentis ad paratam nihilominus executionem, eiusq; vias & modos, quacumq; etiam via & modus eligatur, efficaciter & absq; mora procedi possit ac valeat.

E contra promittit altedicta sua Celsitudo de prescitu & consensu suorum Ordinum sapius altememoratis Dominis Tutoribus, erga mortificationem omnium iurium ac prætensionum in prædicta bona & loca cum pertinentiis omnibus & singulis, nec non quibuscumq; quomodolibet an- & connexis & dependentibus, summam centum & quindecim mille Imperialium Talerorum, quemlibet ad quinquaginta sestertios monetae Hollandica computando, in Diœcesi, & Principatu suo, vel hic Coesfeldia, vel quo loco tunc Camera Provincialis fuerit, ad manus istius vel istorum, qui datam à Tutoribus sufficientem potestatem, vel assignationem probaverint, erga legitimam apocham numerare ac solvere, sub pari hypothecâ omnium facultatum & bonorum suorum, quocumq; demum loco sitorum, vel existentium usq; ad realem solutionem præspecificata summa absq; ullo defectu seu decurtatione, & usq; ad plenariam supra memoratorum Dominorum Tutorum satisfactionem. Quia vero Celsitudo sua existimavit exulceratis hisce temporibus tantum una vice summam difficulter solvi posse, futura solutio diversis septem terminis ita pacta est, ut die S. Mi-

Ee 2

chaeli



chaeli Archangelo festivâ currentis anni, seu pri-  
 mo termino, vigesies & quinquies mille absq<sup>ue</sup> ullo  
 censu, reliquum verò secuturis sexagesimo, &  
 sexagesimo primo, secundo, tertio, quarto &  
 quinto annis eâdem S. Michaelis festâ luce intra  
 quatuordecim dies, & quidem summa quindecim  
 millium quotannis ita solvatur ac numeretur, ut  
 venturo proxime anno sexagesimo ipsâ S. Michae-  
 lis, quindena Imperialium millia sine censu, de  
 residuis verò septuaginta quinque millibus pro  
 annuo censu (duobus de centenario quolibet com-  
 putatis) mille quingenti, atque ita universim tunc  
 sedecies mille & quingenti Daleri Imperiales;  
 sequente autem anno sexagesimo primo præter  
 quindecim millia, pro annuo redditu (tribus de  
 quolibet centenario computandis) bis mille, du-  
 centi quinquaginta, atque ita summatim acciet  
 septies mille ducenti quinquaginta Imperiales.  
 Proximo tunc anno, scil. sexagesimo secundo, item  
 quindena millia, & de sorte restantium sexaginta  
 millium, pro annuo redditu, mille octingenti,  
 atque ita in universum decies & sexies mille,  
 octingenti Imperiales; Dein anno insequente sexa-  
 gesimo tertio decies iterum & quinquies mille;  
 de residuâ verò sorte quadraginta quinque mil-  
 lium, in annum redditum mille trecenti; sum-  
 matim igitur sedecim mille & trecenti Imperia-  
 les; Demùm anno supra sexagesimum quarto ite-  
 dem quindena millia & de extante tunc adhuc  
 summâ capitali triginta millium, usura nongen-  
 torum, atque ita universim decies & quinquies  
 mille



mille nongenti Imperiales. Postremum denique, Anno nimirum sexagesimo quinto, supra summam quindecim millium tunc residuam, pro usurâ insuper seu annuo reditu quadringenti quinquaginta atque ita summam quindecim mille quadringenti quinquaginta Imperiales numerentur, superaddantur ac solvantur. Qui collectim constituent summam centenorum & viginti trium millium ducentorum quinquaginta Imperialium Talerorum monetae valoris Hollandici, quolibet nimirum Talero Imperiali sestertis quinquaginta aestimato.

Promittunt vicissim sapius memorati Domini Tutores, se quascunque tabulas publicas, documenta, chartas, papyros, cessiones, transportationes presentem tractatum concernentes & concernentia, & quidquid inde tandem dependere vel eo pertinere dignoscitur, sive apud se, sive in Archivo Principis Auriaci asservetur, bonâ fide Celsitudini suæ tradituros, & si quid præterea postmodum inveniri contingeret, id totum mortificatum, annullatum, & perpetuo irritum ac nullum fore & esse debere. Porro Celsitudini suæ liberum erit pro majori firmitate, robore & assecuratione, hujus transactionis, cessionis & renunciationis confirmationem, approbationem & ratificationem à Sacra Casarâ Majestate petere & obtinere; sicuti & e contra obligârunt se Domini Tutores, decretum interpositionis & auctoritatis Curie Hollandicæ super præinsertis omnibus, ut primum poterunt, procurare.



Quem in finem Regia sua Serenitas & Celsissima Vidua, Principes Auriaca, omnibus iterum & singulis beneficiis ac favoribus, quocumque jure famineo sexui concessis vel concedendis, certa scientia & spontanea libertate in perpetuum renunciant. Et quemadmodum transactio hac omnem bonae viciniae confidentiam, mutuamque amicitiam intendit, ita denique tenore presentium spondet Serenissima Domus Auriaca, Celsitudinem suam, Eiusque Diocesim & Principatum sincero confidentis viciniae & amicitiae nexu, cultuque prosequi semper. In quorum omnium fidem duo ejusdem argumenti, presentis transactionis exempla expedita, & tam à sepe dictis Principibus viduis Auriacis, ac Serenissimo Principe Electore Brandenburgico, quam à Celsissimo Principe Episcopo Monasteriensi propriis manibus signata, omniumque & singulorum sigillis roborata sunt. Actum Coesfeldiae XV. Kalend. Martii. M. DC. LIX.

Existimabat Christophorus Bernardus hac se viâ non tantum obligasse Octovirum Brandenburgi Marchionem & eos, qui minoris Principis Auriaci partes in Hollandiâ tutabantur, ne quid unquam turbamenti creare possent; sed vel ita cumprimis, à patrocinio Monasteriensium, quod forsan implorari contingeret, animos abstraxisse.

18.

Baro Wi-  
lichius

Verum jam antè Merveltio nuper defuncto in Cancellarij dignitate successus erat



erat *Theodorus Carolus Baro de Wilich* & in *Richoltz*, *Dynasta in Wynenthal*. Cui in Urbe aliquando praesenti insinuabant se Consules & nonnulli de Senatu, ærumnâsque suas questi, intercessorem rogârant, ita se porrò ne persequeretur, sed privilegia, jurâque Princeps ut relinqueret intacta Civitati. Et quamquam ille sponsâ interpositione spem fecerat diffidiis amicè componendis; quod tamen nova exurgerent quotidie fomenta, brevi spes omnis adempta fuit. Cum enim *vecturis & frumento vectigal impositum (Wagenzeichen & Multerstewr* dicebatur) Ob nova citra immunitatis & exemptionis discrimen, à Clero ac Nobilitate per id temporum fopus *Monasterienses* exigent, Procurator *Fisci* Civitatem in jus vocavit; & glandes igniariæ missiles, quas alibi Senatus emerat, in viâ interceptæ Principis jussu *Warendorpium* avertæ sunt.

Nihilominus *Monasterienses* parituri tandem Decreto Cæsarei Tribunalis (quod imperante nunc *Leopoldo* jus iterum dicebat) *Drachterum* Viennam mittunt, *Drachconquisitis* undique documentis onustum, ut *ius praesidij* Civitati adstruat fortioribus, quam olim, argumentis. *Christophorus Bernardus* haud immemor, hac unâ in periodo, causæ totius & juris sui cardinem versari, & ipse *Furstenbergium*

1659.

Cancel-  
lariusMona-  
steriensis.Frustrâ  
interpo-  
nit se in  
causaMona-  
sterien-  
sium.Ob nova  
diffidio-  
rum fo-  
menta.

19.

Viennâ  
UrbsDrach-  
conquisitis  
terum.



1659.

C. B.

Fursten-  
bergiumet Bat-  
zium ab  
legat.

ocyus ac *Batzium* Viennam ablegat, qui  
*Drachterum* observent, & controversæ  
litis habeant rationem.

Isthic tametsi contentio super *jure  
præsidiij* prima erat; vix tamen minoris  
studij litigium fuit, & disceptatum utrinq;  
cur non liceret *Monasterio* cum Ordini-  
bus Belgij fœderatis societatem pacisci.  
Esse namque Civitatem Hanseaticam, &  
Hanseatico adscriptam fœderi, publicâ le-  
ge Imperij comprobato. Collegium hoc  
cum exteris fœdera pacisci posse, testen-  
tur *Lubeca*, *Hamburgum*, *Brema*, & inter  
has, ac Unitum Belgium Anno seculi præ-  
sentis supra quadragesimum quinto & sexto  
ictæ societatis leges. Et sanè *Monasterium*  
non esse Civitatem merè municipalem, sed  
mixtam; cui proindè potestatem hujusmo-  
di neget nemo politices gnarus scriptor.  
Imò quantumvis etiam merè municipalis  
censeretur; non prohiberi tamen in fœ-  
dera cõire, quæ tenderent ad sui defensionem  
& commerciorum securitatem.

20.  
Argu-  
menta  
Civita-  
tis super  
jurepan-  
gendi  
fœderis.

A Prin-  
cipe re-  
fellun-  
tur.

Contrà diserebat Princeps, fœderis  
ineundi potestatem ad eos solùm pertinere,  
qui jus haberent Majestatis. *Monasterium*  
Municipalem & subditam tantùm Civita-  
tem esse, & ita pridem à Cæsare deter-  
minatam. Cui nulla suppetat facultas fœ-  
dera componendi sine permisso superioris.  
Et vel ideò fœdus, quod Anno huius æta-  
tis



tis decimo quarto *Magdeburgum* cum  
 Hollandis firmârat, authoritate Cæsaris an-  
 nullatum: licet *Magdeburgum* in ordine  
 mixtarum ferè primas habeat. *Lubecam*  
 & *focias*, Urbes esse Imperiales, imme-  
 diatè subjectas Cæsari & Imperij tabulis  
 insertas, quibuscum non debeat *Monas-*  
*teriiopolis* comparari. *Mixtam* dici Ci-  
 vitem, quæ cum ante fuerit libera, cer-  
 tis se pactis subjecerit superiori, extra quæ  
 suâ gaudeat libertate. *Monasterium* etsi  
 Privilegiis gaudeat, haud ea tamen, à Cæ-  
 sare vel Imperio, sed Principe suo pro-  
 manâsse. Si quæ Cæsar confirmârit, nihil  
 ideò novi tribuisse, qui tantùm corrobore-  
 ret antè data. Palam sit omnibus post fu-  
 rorem Anabaptistarum, Civitatem privi-  
 legiis, juribusque suis exutam esse: &  
 quanquam solius indulgentiâ Principis  
 nonnulla receperit, merè tamen Diœcesana-  
 nam & Præfuli suo subjectam permansisse.  
 Fœdera ad sui defensionem subditis haud  
 permitti, si auxilio Principis sui non de-  
 stituantur. Id hætenus non modò non  
 desideratum, sed nec ullam pangendi fœ-  
 deris causam superesse, cum Princeps non  
 impugnet, privilegia, sed tantùm contro-  
 vertatur jus præsidij, quale Civitas hæte-  
 nus nequiverit probare. Non posse âlte-  
 rius clientelæ subicere se subditos, nisi  
 forsan in defensi mancant, aut Princeps

*Mixta*  
*Civitas,*  
*quæ?*



1659.

434 CHRISTOPH. BERNARD.

fit Tyrannus. Nihil horum patrocinarî Civibus, cum subditis in Imperio, si Dominantium injuriâ graventur, integrum sit beneficium ad Cæsarem provocandi. Jus verò defensionis ac tutelæ Civitatis Monasteriensis adversus omniâ vim soli Principi competere, qui cum propulsare eam velit ac possit, nullam agnoscat externæ opis necessitatem.

21.

*Monasterienses constituunt Hagæ-Comitis Plenipotentiarium.*

Istis verò rationibus haud ita moti sunt Monasterienses, ut non identidem propterea Hollandiam cogitarent. Vix enim Drachterus Viennâ redierat infectâ re, posthabitâ nuperâ Cæsaris prohibitione, sponsâque obsequelâ, Leonem ab Airzema Hagæ-Comitis Patronum secretò instruunt, & has ei mittunt potestatis litteras. Nos Consules ac Senatores Civitatis & Republicæ Monasteriensis partium Westphaliæ vigore præsentium notum facimus. Quandoquidem pro iustâ, legitimâq; Jurium ac privilegiorum Civitatis Nostræ defensione & conservatione cum Præpotentibus Ordinibus Generalibus Unitarum Belgii Provinciarum tractare, eumq; in finem certa persona, cum auctoritate & plenipotentii negotium dirigendum & peragendum committere, necessum duximus, proindeq; in prudentia, experientia, fide & zelo Nobilis & Clarissimi Domini ab Airz-



1659.

Aitzema in obsequium dictæ Civitatis  
Nostræ confidentes, damus illi absolu-  
tam potestatem & auctoritatem, nec  
non generale & speciale mandatum, ut  
nomine & ex parte Nostræ in qualitate  
Plenipotentiarij hujus Civitatis Nostræ,  
coram supradictis Præpotentibus Stati-  
bus & Collegio Dominorum Ordinum  
Generalium in Haga-Comitis compa-  
reat, proponat, agat & negotietur;  
Promittimusque bonâ fide præsentium  
vigore, sub obligatione personarum no-  
strarum & Successorum, in generali &  
particulari, Nos pro bono, firmo &  
rato habituros, omne quod per bene-  
memoratum Dominum ab Aitzema age-  
tur, convenietur & concludetur, rati-  
ficaturos, observaturos, atque ut ob-  
servetur, curaturos absque ulla unquam  
præstatione in contrarium; neque per-  
missuros ut fiat, quocumque modo, di-  
rectè vel indirectè. In cujus rei testi-  
monium præsentibus jussimus expediri, si-  
gillo nostro consueto muniri, perque  
Secretarium nostrum signari. Mona-  
sterij Westphaliæ 19. Junij 1659.

Bernardus Hollandt Secretarius.

Mox igitur Aitzema Confœderatos *Is solli-*  
Belgij Proceres supplex orat, in quingen- *citat pro*  
torum militum dimissionem consentiant, *Urbis*  
qui imminente quovis periculo vicinis è *præsidio*  
præsidiis



1659.  
 militem  
 Bata-  
 vum.

præsidiis promptè Monasterium festinent, & ibidem sacramento tantisper Ordinum soluti, novòque Civibus dicto, stipendia mereantur. Interesse enim Reip. hujus, ut ita libertatem & jura Civitatis Monasteriensis tueantur.

22.  
 Interim  
 contra  
 Civita-  
 tem.

At verò dum Batavi responsum cunctantur, Legati Principis Viennæ rem strenuè agunt, & decisâ tandem lite è Tribunali Aulæ Imperialis prodit sententia, quam mutato solum idiomate iisdem propè verbis hic pono.

Prodit  
 Senten-  
 tiaCesa-  
 rea.

In causâ inter Consules, Senatoresque Civitatis Monasteriensis & Principem suum Dominum Christophorum Bernardum Episcopum Monasteriensem controversâ, exhibita pro parte Civitatis positiones ac probationes tanquam irrelevantes admittæ non sunt, & propter hanc, aliâsque rationes petita commissio denegata est, atque ita causa ex officio pro conclusa acceptata, & allegatis omnibus benè ponderatis iudicatum, Consules & Senatores, adductum in actis ius præsidii, unâ cum iure clavium, portarum, vallorum, murorum & Symboli seu tessera militaris in Civitate Monasteriensi non probâsse, sed Domini Episcopi seu Principis & legitimi superioris sui præsidium militare, quoties Celsitudini suæ necessum visum fuerit,



fuert, haud gravatim excipere, obli-  
gari, nec in eo Celsitudinem suam ulla-  
tenus impediri debere, impensis litis ob  
causas moventes compensatis. Signa-  
tum Vienna sub Sigillo Sacrae Caesareae  
Majestatis 9. Julii 1659. Vidit Geor-  
gius Vtricus Comes de Wolckenstein.

Reinhardus Schröder.

Dies erat Divo Ignatio Societatis C. B. ty-  
Jesu Patriarchæ solemnis, quando Viennâ *pis im-*  
ad Principem hæc perferuntur. Ipse sub *pressam*  
id Coesfeldia in Oratorio ejusdem Socie- *promul-*  
tatis rei divinæ operatur, superis mox gra- *gat.*  
tias agit, ac votum DEO nuncupat fun-  
dandi eâ in Civitate Patribus Collegium &  
ædem sacram. Postero statim die Senatui  
copiam facit, nec privatâ contentus inti-  
matione sententiam typis imprimi & val-  
vis affigi curat Palatij Episcopalis; ut hac, *Cum pa-*  
ait, viâ toti populo Monasteriensi inno- *ternâ*  
tescat, quam turpiter hætenus seduci se *admoni-*  
passi sint, nec in posterum perversa istius- *tione.*  
modi consilia amplectantur. Ad hæc pan-  
dit ostium gratiæ, & si Cives sententiæ  
Cæsaris obsequentes esse velint, nolle se,  
testatur, ad rigorem, vel ut persuasi sunt,  
damno Civitatis eadem uti, sed in primis  
Civium commodis, imò patriæ totius sa-  
luti profuturam.

Missis dein Ordinibus Batavorum exem- *Et exē-*  
plo pluribus urget, ne se porro causæ præ- *plum*  
senti *mittit*  
*Batavis.*



1659.

senti implicent; eam enim nunc, non tantum suam, sed & Imperatoris & Imperij esse: Nec dubitare se, quin pro sua aequitate & prudentia Jurisdictionem Caesaris & Imperij sub quocumque praetextu turbare aut impedire Religioni potius futurum sit, quam rei alienae se immiscendo, tuendoque contumaces, inviolatae amicitiae jura rumpere velint, aut temerare. Et oblatam nunc, addit, publico etiam typo Civitati clementiam suam; neque posthac intemperanter, sed paterne duntaxat usuram se jure nunc acquisito.

23.

*Senatus  
Urbicus  
antity-  
pum e-  
vulgat.*

At vero Senatus ubi notat evulgata contra se sententiam frangi animo civem, antitypo suo variis in locis affixo, diploma Principis haud a contumelia excusat, monetque populum, ne vel sic in errorem se trahi patiatur; sententiam eam precipitanter, nec servato juris aut Judicij ordine latam, vitio non uno laborare. Diversa legibus antidota praescribi, quorum usu morbus hic facile tolli possit; eademque Senatum non minus sollicitum, quam vigilanter ocyus etiam adhibiturum: temporis tantisper indulgendum esse.

Hoc Princeps scripto non tam se, quam Caesarem, Eiusque Concilium una despici, mox opponit; nec tamen ideo omittere, quin paternam monitionem & oblatam ante clementiam nunc iteret; simulque

Lecto-



Lectorem doceat, sententiam nulla precipitatione, sed parte utraq̃ue annos aliquot satis, superque auditâ, & argumentis utriusque pluries maturè discussis, neq; præhabito tantum Electorum ac Principum iudicio, sed & adscitis intimis æquè, ac aulicis Consiliariis ipsoque Cæsare approbante & mandante, pronunciata esse. Nec aliud, in controverso *Regalium* jure, Imperij legibus observari. An verò remedia supersint, quorum usu sententiæ istius everio sperari prudenter possit, judicent ij, quorum animi affectionibus partium incorrupti sint. Satis liquere ex novissimis Imperij Constitutionibus, beneficio *Revisionis* non suspendi effectum *executionis*, si cautio interveniat, quæ nullo negotio posset dari. Monet idcirco, & iterum, atque iterum, si quæ mens sit religiosior, consideratiùs petpendat, expediatne civi maturatâ compositione oblata jam gratiæ se facere participem, an verò extrema seriùs experiri. Et quanquam certius sit, contrarium omnem conatum irritum fore, nolit tamen vel ideò geminatam monitionem, oblationemque desiderari.

*Refutatur à Principe.*

*Cum iteratâ admonitione.*

24.

At Monasterienses spem omnem, si duciamque in tribus obfirmabant. Erat *via nullitatis*, *Restitutio in integrum*, *Revisio actorum*. Non posse, sic gratiæ, vatis,

*Monasterienses criminantur sententiam.*



1659.

440 CHRISTOPH. BERNARD.

vatis, vel unum ex iis negari. Alterarum namque partium fuisse *Referentium* informationem; & palam esse præcipitationis vitium: Civitatem enim, ne communicatis quidem apographis eorum, quæ à Principe adducta sint, imò negatâ *actorum*, uti vocant, *inrotulatione*, & ante testium examen, ante ocularem inspectionem toties petitam, ante datas, fundatasque probationes, antè conclusionem & submissionem in causa, adeoque non auditam, non defensam definitivâ sententiâ condemnatam esse. Quid, quod jus clavium, portarum, vallorum non probatum asseratur, cum jus præsidij ab eo distinctum esse, nec ullatenus innexum liti, quam ante septuaginta annos de jure clavium, portarumque excitârit *Ernestus* Bavarus Coloniensis Septemvir & Antistes Monasteriensis, sed separatim decidi posse, agnovérint ipsius Principis Legati, quando coram Subdelegatis Cæsareis in Diceta Coloniensi de concordia tractabatur? Actorem fuisse Episcopum, ab eo igitur, non à Senatu jus istud probari oportuisse. Hæc & id genus plura amplè deducunt, quibus *Knoestium* ac *Temmingium* Jurisperitos & *Hollandium* Urbis Secretarium instructos, versùs Austriam ablegant, ut quamcunque medelam quærant læsæ Civitati.

*Novos  
ablegant  
Vien-  
nam.*

Dum



1659.

25.

Cæsar  
decernit  
Execu-  
toriales.

Inti-  
mantur.

Cum ter-  
tia iam  
admoni-  
tione.

Dum hi Viennam abeunt, die deci-  
mâ Septembris Imperator *Posonii* ( ubi  
Comitiis Hungaricis tunc præsidebat ) ad  
querelam *Christophori Bernardi* Mona-  
steriensium inobedientiam accusantis de-  
creverat *Executoriales*. Quibus sub pœ-  
na viginti marcarum puri auri cum impe-  
rio mandat, ut latæ nuper sententiæ pa-  
reant, & paruisse doceant intra spatium  
bimestre. Has Senatui intimatas & iterum  
typo divulgat Princeps, suumque adjungit  
diploma, quo tamen oblatam nuper cle-  
mentiam à Monasteriensibus sperni sentiat,  
haud tamen id, testatur, ita mutare po-  
tuisse, sinceram, constantemque de salu-  
te subditorum sollicitudinem, ut, cum  
ex præsentis Cæsaris mandato palpabilis  
elucescat veritas, monita sua haud caruisse  
fundamento, & graviter allucinosos esse,  
quotquot vanâ effugiorum spe sententiæ  
adversari & populo imponere visi sint, non  
denuò nunc inculcet omnibus, in id tan-  
dem attentius convertant cogitationes suas,  
an non præstet sub eam præfixi temporis  
intercapedinem de temporatâ compositio-  
ne secum agi, quam diutiùs obsequi cæcæ  
quorundam malevolentia, & expectato  
demum arctiore processu in extremam ma-  
lorum omnium abyssum seriùs & miserè  
præcipitari. Si quæ benigna monitio ad-  
huc locum habeant, tertium nunc mone-

Ff

re,



1659.

re, unaque sinceræ mentis testationem, quod per hujusmodi jus acquisitum præter unam Civitatis ac Patriæ totius salutem, nihil prorsus intendat, præsentè scripto, sed postremùm iterare. Hanc verò paternam & ultimam monitionem si perverſis seditioſisque porrò consiliis præter omnem spem posthaberi contigerit, testari DEUM, hominésque innocentiam suam, quæcûmq; demùm mala postmodum subsequantur.

13. Oct.

26.

*Eitzen*  
& *Clute*  
mittun-  
tur in  
*Hollan-*  
*diam.*

Istâ comminatione ne quicquam ter-  
riti Monasterienses *Joachimum Eitzenum*  
Syndicum & *Gualterum Clutium* Tribu-  
num-plebis in Hollandiam ablegant, ut  
apud populum & Proceres, patrocini-  
um Civitati, ac subsidium exorent. Prio-  
r haud ita pridem peregrinus Monasterium  
advenerat, & ut erat homo publico malo  
facundus, ita in animos civium insinuat  
se, ut exemplo novo secundum à Drach-  
tero creaverint Urbis Oratorem. Is ven-  
ditabat se filium Alberti ab *Eitzen* Ham-  
burgi Consulis, sed ejus gentilitas talem  
haud nosse se fatebatur *Joachimum*. Apud  
Cæsarem & imprimis Hagæ Comitibus pluri-  
bus uti se familiariter, plebi persuadet,  
quòdque eorum operam præsentibus malis  
asserat, & valdè opportunam fore, in Hol-  
landiam mittitur, creditus esse novus so-  
ter, qui velut è cælo datus, eloquentiâ  
suâ & amicorum favore rem restitueret.

Christo-



Christophorum Bernardum publicis  
tot curis distractum, nunc Viennæ, nunc  
Francofurti, Monasterij, Hagæ-Comitis,  
ac vicinis etiam Principibus præsentem,  
vix aliis intentum dixisses. At inter hæc  
jam Patres Capuccinos *Wernam* induxe-  
rat, & Ecclesiam Minorum Conventualium  
in *Swilbroeck* solenni ritu consecrârat.  
Jam Religiosis, qui è Familia magni Fran-  
cisci à strictiore observantiâ nomen ha-  
bent, *Rheina* firmatis, primarium posue-  
rat lapidem ædi extruendæ. Jam sacelli  
*Josephini* in *Varlariensi* ericeto, tran-  
seuntium & cumprimis annuâ in *Cruciphoriâ*  
*Coesfeldia* supplicantium pietati, je-  
cerat fundamenta. Jam arcem, quæ antè  
triennium extrui cæpta erat, ad eum eve-  
xerat perfectionis gradum, ut & à milite  
defendi munimentum, & Domus à Prin-  
cipe habitari posset. Noluit autem in Ca-  
strum hoc sedem transferre, priusquam à  
Sancto Ludgero solenni ritu nomen mu-  
tuârit. Jam pridem enim Divo huic ho-  
norem istum devoverat, ut qui è paga-  
nismi tenebris ad Christiana sacra Mona-  
steriensem populum Proto-Mysta traduxe-  
rat, fidem tot sæculis, nec interruptâ un-  
quam Episcoporum serie, hætenus illiba-  
tam, & universam porrò patriam adversus  
imminens quodvis periculum præsidio suo  
conservaret. Cui Princeps solennitati de-



1659.

tinaverat sextam Octobris diem. Invi-  
 tati cum primis è Cathedrali Collegio &  
 Equestri Nobilitate, ordines Diocesani  
 quod ad tertium post diem Comitia pari-  
 ter indixisset, frequentes aderant. Bene-  
 manè postquam in æde S. Lamberti mu-  
 dictione. sicos inter concentus divinis operatum  
 est, longa ducitur supplicatio argenteas  
 inter Divorum Ludgeri ProtoEpiscopi &  
 Maximi Martyris lyphanothecas ad aream  
 Castri; indè post imploratam solenni  
 cantu Spiritûs sancti opem, pergit nume-  
 rolo Clero concinente per valla, per vias  
 omnes; nec tantum Arx ipsa Divo Lud-  
 gero dedicatur, sed & propugnacula, ag-  
 geres, suggestus, tumuli, lorice, semi-  
 lunaria, & quidquid erat molium ac mi-  
 nimentorum, attributis suis cuique Tu-  
 telaribus sanctis, nec non portæ, muri,  
 valla, fossæ, cataractæ aquarum, por-  
 tes; & universa demum armatura vasæ  
 bellica; & singula quidem privato mu-  
 ac oratione, ab alternantibus *Lisber-*  
*nensi & Maria-Campi* Abbatibus, in-  
 ter Tubarum clangorem & tormentorum  
 boatus, lætâ omnium & ipsius etiam su-  
 pra modum aeris sereni congratulatione  
 benedicuntur. Reversi ad primam in  
 areâ stationem supplicantes, cum multi-  
 cis ac Tubicinibus solenne gratiarum  
 carmen decantant, demum expletâ à Præ-  
 sulum

*Ludgeri-Bur-*  
*gum ap-*  
*pellat.*



1659.

fulum altero postremum ceremoniâ, Pontifex ipse, Episcopali amictus paludamento, mytrâ, pedôque conspicuus datâ benedictione finem facit: & grandiorum inter machinarum tonitrua, missilésque ignes epulatum itur. Postridiè juvenus studiosa Gymnasij Societatis JESU in theatro spectandam exhibet Divi *Ludgeri* Sanctimoniam & *Caroli Magni* de Saxonibus Triumphos. At tertio die in scenam Musici educunt huiatium Flaviorum, anniumque certamen, quorum sententia repudiato inprimis lutulento *Alphâ*, ceu fonte & origine omnis mali, cæteris anteponitur *Bercula*, quodque electam in co sedem fixerit Princeps, inter gaudia coronatur.

Unum lubet hoc loco interferere, multis fortè non injucundum. Narravit mihi & ipsi non semel Principi Joannes Nobilis *de Graes* arcis *Loburgi* in agro Coesfeldiensi possessor, in famulitio parentis fuisse Vatem, qui decennio & diutius antè, quam bello *Dicecesin* *Hassli* infestârunt, ipsius hujus prædixerit Castrî formam. Hominem sub initium quidem risum esse, sed quando Coesfeldiâ sub annum nuper trigesimum tertium occupatâ ad portam pecuariam, haud procul à limite designato, novum è fundamentis propugnaculum struerent *Hassli*, vallôq;

28.  
Vaticinium de  
eo.

Ff 3

&amp;c



1659.

446 CHRISTOPH. BERNARD.

& aggere munirent, creditus est vera vaticinatus. Rogatum à parente & consociis essetne id, quod prævidisset, respondisse, ne remotè quidem cum eo posse comparari: sed paulò superiùs, objectum sibi Castrum, ad alveum *Bercula* structum iri. Isthic effodi præ altas, latasq; fossas; aggeres erigi multos ac valla; & eminare tumulos aliquot, montium instar; extrui Castellum ac domos, & à multo homine frequentari, imò & duci rhedas cum facibus & eo comitatu, qualis isthic locorum visus nunquam esset: sed quod interim tam ipse quam consocij plerique nullo adhuc effectu secuto intermorerentur, habitus diu fuit ludos vendidisse. Quando verò ædificante *Christophoro Bernardo* & Castrum habitante, à veritate non aberrasse vidimus, curiosa subindè quæstio ingenia fatigavit, à malò-nevisio hæc, an bono genio prodidisset? Et quoniam certa liberè futurorum præscientia, soli DEO reservata est, nec ante tot annorum, rerumque periodos ullam prudente conjecturâ divinare potuit Dæmon, fore aliquando, ut Princeps & Senatu Cathedralitio eligeretur, ut Coesfeldiam habitaret, ut eam conderet arcem, cujus exemplar, in obsidione Candiz, magnam partem invenisse se primum factus est, *Rufius*, quando & author, & Epilco-



Episcopi Electores, plerique vix nati fuerint, & *Christophorus Bernardus* puer tam parum de Principatu, quam arce tali cogitavit, sententia prevaluit idæam Castris, DEO revelante, ab Angelo bono præmonstratam fuisse.

An autem secuta postmodum demolitio prodigio pari declarata fuerit, uti non pauci voluere, ex solâ mihi formâ compertum est. Cum enim munimentorum conservatio & numerosior miles præsidarius, continuum post se traherent & ingens quidem subditorum onus; gerente nuper Principatum *Maximiliano Henrico*, nonnulli è Senatu Collegij Cathedralis, arcis vel idèò pridem invisæ, subversionem urserunt. Princeps tamen non unâ de causâ diu tergiversatus; quod tamen sub rigidior Pontificatu *Innocentij XI.* electionis Monasteriensis confirmationem sibi Roma pernegaret, eam inter adversitatem in postulata Collegij promior, munitionibus tandem suis denudari Civitatem permisit, sed intactâ arce. At verò Archi-Præsule sub exordium æstatis anni nuper M.DC.XIIC. ad superos evocato, *Sede tunc Vacante*, ab eodem Senatu, ipsius etiam Arcis excidium, plurimorum suffragiis decretum; & ne per maturatam fortè Neo-Principis electionem occasio tam opportuna dilaberet.



1659.

448. GHRISTOPH. BERNARD.

beretur, festinato quantocyus millenorum aliquot agrestium & operarum sudore, munimenta castri omnia funditus everta sunt; ædificiis duntaxat illæsis; quæ suis tamen exuta jam velamentis, velut inplumis alis, conspicua remanserunt. Haud quidquam obstitisse video *Christophori Bernardi* sagacitatem, dum arcis munitiones perficiebat, aggerum & eminentium præcipuè collium intestina, prægrandibus truncis, sudibusque & multo caudice farcientis, ut vel sic molem ipsa æternaret, vel enata ex eo destruendi summa difficultas, amicos in everisionem proclives, olim alienaret. Sed ad eò nihil in humanis stabile, permanensque finit iniquis ratio, ut ne laxis quidem & erectis tanto labore ac sumptu munimentis sua sit perpetuitas & quies. Nos verò, ut invidiosi evitemus censoris notam, relicto nunc *Ludgeriburga* ad rem *Monasteriensem* redeamus.

29.  
Ordines  
Patria  
suadent  
Monasterien-  
sibus  
compositionem.

In continuatis post hos dies Comitibus unà comparent *Monasteriensium* delegati; Eos reliqui statim *Ordines* *Diceciani* adoriuntur, ex iterato ad *Batavos* recursum, tam periculoso *Civitati* quam *Dicecesi* universæ, quid aliud, quam ruinam omnium timeri posse? Revocari quantocyus oportere, qui in *Hollandiam* missi sunt, ac monitioni *Principis* locum dari.



1659.

dari, ut opportunè adhuc exitio patriæ totius antevertant. Honestam compositionem nullatenus desperatam esse, & hanc authoribus se, ac prudente quovis, *Sed frustra.* conatibus adeò exitiosis longè præferendam. Effectum si qui præsentés sint, spondere nequeant, revertantur sinè mora Monasterium, disponant Concives, audent benè consulentibus, & suæ ac posterorum omnium consulant salutem. Recipiunt id Delegati & Monasterium abeunt eventum tentaturi: sed quod surdis canere, nec conceptam de Batavis spem deposituri civés viderentur, re infectâ Coesfeldiam redire noluerunt.

Interea *Fitzenus* ac *Clutius* tendente *30.* frustra in dias transituris Principe (nam *Ablegatorum* quacunque demum via intercipi, capti *Urbis in* vosque attineri jusserat) feliciter dilapsi *Hollandia* in Belgium penetrarant; Per Urbes & *negotatio.* oppida Transsalanæ, Gelriæ & Hollandiæ cursitantes, enormitatem iniuriæ exaggerant, quâ Princeps immerentes persequatur. Haud sanè meritum à Cæsare & Imperio superioribus bellis *Monasterium*, ut sententiâ & quidem præcipitanter, omissoque juris & judiciorum ordine, ceu à partibus pronunciatâ, tam iniquè læderetur. Et quem non in admirationem raperet, Civitatem eam, cujus indubitata sit libertas Magistratum eligendi,

Ff 5

quæ



1659.

quæ mero, mixtòque Imperio gaudeat  
 quæ jus paciscendi, ac tæderis Hanseati-  
 tici à seculis possederit, alienâ tantum  
 libidine, jure clavium, portarum, val-  
 lorum nunc tandem exui, eique vici-  
 verti defensionem adversus injustam Prin-  
 cipis sui offensam? si Principi offendere  
 liceat, cur Civitas defendere prohibeatur?  
 Adhæc molestè admodum gravari se  
 non paucis, quorum hæc ferè capta  
 erant.

Et que-  
 rela de  
 Princi-  
 pe.

*Privilegium Patriæ non observari  
 Principem cum exteris absque Ordinum  
 consensu fœdera componere. Et quam-  
 vis in concordia cum Cathedrali Colle-  
 gio, electionis tempore erectâ, per ad-  
 jectam tunc clausulam (quoad fieri po-  
 test) hujusmodi transgressionem san-  
 velit, id tamen cedere in præjudicium  
 evidens Ordinum Patriæ & cumprimis  
 Monasterij, cæterarumque Civitatum.  
 In Comitibus Provincialibus solam at-  
 tendi pluralitatem suffragiorum; atque  
 ideo Civitates non amplius esse Consul-  
 tatores, sed dici auscultatores aliorum  
 à quibus etiam velut umbra, nec ple-  
 nis fiant. Adhæc Monasterium ab omni  
 communicatione, deputatione, commis-  
 sione, relatione, publicis istiusmodi acti-  
 bus excludi. Pinguiora prædia, seu  
 villas, à tributis eximi; prætextu quo-*



dem moderationis, at solâ Principis, Collegij Cathedralis, ac Nobilium utilitate; ingenti verò cum reliquorum omnium & imprimis Ordinis Civici detrimento. Erario publico Principem solum dominari. Eius pecunias in militiam, legationes, tractatus converti adversus ipsam Civitatem; & interim Creditoribus (quos inter Civis & Urbis incola sive laicus, sive sacer) pro dolor! solvi nihil. Cives extra Urbem in litem evocari, contra ipsa Pontificum indulta; & Tribunalia, pro unius Principis lubitu, alio transferri. Justitiam ac solutionem debitorum impediri; decretas immissiones, executionesque studiose prorogari; & res jam ante judicatas aliis denuò Judicibus committi, ut cives suo sic iure frustrati, paulatim ad incitas redigantur. Armilustrio, stipendiis militum, & similibus adhibitos fuisse semper Ordines Diocesanos, & imprimis Civitatem. At hodie dum contemptim omnes præteriri.

Hæc & id genus plura passim obvium cuiquæ venditabant, velut novæ commiserationis pabulum, quò facilius vel ita sollicitatos Urbanorum animos ad ferendæ opis accelerationem permoverent. Et quanquam Princeps multa ex his negabat,



659.

*Quid  
sparsum  
Amste-  
lodami.*

452. CHRISTOPH. BERNARD.

gabatur, plura interpretabatur, certe, quod onus sentirent, nec Judices, nec superiores esse Batavos, unum ad Caesarem pertinere; quod avidis tamen auribus planctum hujusmodi exciperet plebs, audentius continuabatur. Amstelodami ad aedes Cortenhovij viri Consularis mitebatur nullo authore hæc oda.

*Offeruntur claves Vicinae & Sociæ  
Metropolis Westphaliæ.*

*Subire nolentis Papisticum iugum.*

*Occasio præsto est. Mox fallens.*

*Accipe Batavia, ne præripiat Suecia.*

*Præveniens gaudebit.*

*Subsequens dolebit.*

*Propera, festina. Tenta leviter, obtinebis  
perenniter.*

*Applaudet Germania.*

*Silebit Austria.*

*Augebitur, firmabitur Batavia.*

31.

*C. Bern.  
Caesare  
inter-  
pellat.*

Eodem tempore Knoestius & Socii Viennæ laborabant, ut si sententiam retractare nollet Imperator, executione saltem judicati supersederet. Sed frustra. Jam enim antè per suos explicarat Princeps: Testatos identidem Confederatarum Belgij Provinciarum Ordines, si controversiam Monasteriensem autoritate Caesaris contingeret terminari tanquam alienæ non ultra se immixturos. Nunç igitur operæ pretium videri, ut hæc apud

602



1659.

eos innovaretur memoria, & si fortè ci-  
 ves isthic adversitatem sententiæ dolerent,  
 Batavorum prudentiâ ad obsequendum  
 remitterentur. Et hæc opportunè cura  
 jam commissa erat *Friquetio*, Cæsaris *Friquetio*  
 apud Remp. Ministro, *Residentem* vo- *tius Ha-*  
 cant. *Eitzenus* namque & Collega *Clu-* *ga Mo-*  
*tius* Hagam-Comitis tandem appulli, *Fri-* *no-*  
*quetium* ante alios invisunt; & detectâ *ses au-*  
 mente propositum aperiunt Civitatis. Sed *dit.*  
 dum laturus ægrè Cæsarem & Imperium,  
 si apud Ordines accessum, & ægrius, si  
 opem petant, opponit *Friquetius*; &  
 utrumque propterea dissuadet; verbis ali-  
 quamdiu certatum est; Demum erumpit  
*Eitzenus*, si in *Hollandia* audiri ne- *Indigna*  
 queant, tractaturos *Monasterienses* cum *bundus.*  
*Suecis*; & si nec illi velint, malle se  
*Turca*, imo *Dæmonis*, quam *Episcopi*  
*subesse Imperio*. Religionem nil morari.  
 Offensus eâ temeritate *Friquetius*, exin  
 animum firmavit à patrocínio Civitatis  
 alienum.

Significârunt non semel è *Belgio* *Hi plu-*  
 iidem Urbis Abligati, vix à plerisque *res Ha-*  
 eredi eam omnium Civium mentem esse, *gam ab-*  
 quam exponerent tam pauci: ideòque si *legari*  
 rem seriam vellent, oportere submitti plu- *deside-*  
 res, quorum præsentia dictis, factisque *rant.*  
 fidem roboraret. Quando Plebs videt è  
 primoribus neminem affici, & unâ *Legati-*  
 onem



1659.

tionem hujusmodi declinare Magistratum, dolum suspicata, pervigilio sanctorum omnium in Curiam involat; eaque importunitate tractat Senatores, ut vix à tumultu ac violentia modus discrepârit. Et quanquam plurimum designatio omiſſa tunc est, nihilominus qui Comitibus-Hagæ morabantur, decimâ quartâ Novembris ab

*A Batavis protectione petunt.*

ordinibus palam auditi, post iteratam pro tot beneficiis gratiarum actionem, in prasente cum Principe controversâ Reip. interpositionem flagitant ac protectionem; simulq; pedites sexcentos, equitum vero turmas quatuor submitti prasidio Civitatis.

32.

*C. Bernardi exprobatio cum Hollandi.*

Princeps de his certior actutum Ordinibus factum exprobrat, epistolâ acriter calamo exaratâ: & ad cætera Monasterienses Ablegatos, læsæ Majestatis reos declarat; quorum pervicaciam, si porro præter spem fovere & in re tam iniquâ adjumento esse pergant Ordines Batavorum non posse sibi vitio verti, si & ipse causæ suæ æquitatem sub quovis etiam clypeo tueatur. Falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim divergenes, in publicum exitiosi, nihil nisi per discordias haberent. Non hic agi libertatis causam; privilegia sua civibus constare; nec eorum statui aut juribus inferri vim; possessiones, usus

omnia



omnia integra manere; aliud nimirum  
 agi, & potestatem Principis, falso li-  
 bertatis & privilegiorum obtentu peti,  
 quam inconcussam servari nullius magis  
 intersit, quam omnium Principum, ne  
 persimili exemplo ipsi aliquando à suis  
 opprimantur.

Hæc inter Hagam ocyus ablegat Jo-  
 docum Ethmundum *Brabeckium* Cathe- *Brabeck-*  
 dralis Collegij Decanum, specie quidem *kius Ha-*  
 salutandi Viduam Auriaci & filium Prin- *gam Le-*  
 cipem, unaque numerandi pactam pecu- *gatur.*  
 niarum partem, quæ ex transactione *Be-*  
*vergernensi* stato tempore debebatur: re  
 autem verâ uti Monasterienses studiosè  
 observet, & sub manu, ut erat vir dex-  
 ter, ordines divertat, ne postulatis eorum *Eius*  
 suffragentur. Nec inutilis fuit ejus præ- *dexteri-*  
 sentia; nam sub id Hagam appulsus pa- *tus.*  
 lam quidem agit in aula Auriaci, & cum  
 Cæsareo, & Electoris Brandenburgici Mi-  
 nistris, sed & clam cum primoribus Pro-  
 cerum Hollandiæ, & imprimis famoso  
 Provinciæ istius Oratore *Joanne Wittio*,  
 quorum operâ animos Ordinum diu su-  
 stentavit, ne Monasterienses responsum  
 obtinerent.

*Friquetius* etiam excitator, pro- 33.  
 lixâ statim oratione, die octavâ decimâ *Friquet-*  
 Novembris Reip. probat, & quæ acta *tij ad*  
 sint apud Cæsarem, & quid tandem Au- *Batavos*  
 licum *oratio.*



1659.

456 CHRISTOPH. BERNARD.

licum Imperij Tribunal decreverit; deinde  
addit, esse quosdam Monasterij turbu-  
lentosiores, qui contra prudentiorum, ho-  
nestiorumq; Civium voluntatem execu-  
tioni sententiae adversari ausint, non  
alio firmatos duramento, quam solâ  
suppetiarum istius aris ac militis ab hac  
Rep. obrinendi, quæ sufficiant animi  
contumaciam obfirmandam. Et quan-  
vis Sacra Casarea Majeestas opinari ve-  
lit, istius mentis Remp. hanc esse, et  
contra gentium omnium, & equitatis  
naturalis, mutueq; vicinorum amicitiae  
iura, consilia, armâq; sua convertat  
in fomentum obstinationis populi tem-  
eriter refragantis. Ut tamen in re tam  
ponderis ipsius certior sit iussum se, vi-  
casaris sui Ordines interpellare, ne  
causa hanc ad Remp. nullatenus perti-  
nenti sese implicent; nec pessimo sub-  
ditorum omnium & iuprimis municipa-  
lium Civitatum exemplo, Tribunalium  
Imperij vigorem interturbent; sed  
Principum Germania totius, quorum  
aque ac Episcopi Monasteriensis inter-  
sit, offensionem evitent. Casaris im-  
perio se inpresentiarum obsequi, &  
cum innotuerit, non sine Sacra Maj-  
estatis suæ, ejusque mandatorum maiore  
contemptu, ausos in publico Ordinum  
confessu Civitatis Syndicum & alterum  
Civem



1659.

Civem suppetius ab hac Rep. postulare;  
 vel ideo magis rogare se obligatum, rem  
 hanc ut maturius Ordines perpendant,  
 & pro eâ, quam profiteantur, pruden-  
 tiâ & equitate, mutuâque inter Impe-  
 rium & Remp. hanc amicitia, responso 18. Nov.  
 Casarem dignentur.

In Principatu verò Monasteriensi  
 cum Patria Nobilitas, videret Civitatis  
 Deputatos è Comitibus nuper abeuntes non  
 reverti, & quotidie mala invalescere, de  
 sna æquè ac Provinciæ totius, quam sa-  
 lute Civitatis sollicita, Principem rogat,  
 liceat sibi cum Monasteriensibus iterum  
 concordiam experiri. Annuente Præsule  
 Deputati iidem, qui obsessâ nuper Ci-  
 vitate pacem conciliârunt, ea suggerunt  
 consilia, quæ efferatos etiam animos vi-  
 debantur pacatura; monent, obsecrant,  
 hæc uti saniora tempestivè amplectantur;  
 se audiant Caduceatores, qui promovere  
 compositionem velint, qui possint; sin  
 secus; nullum postea Civi diem securum  
 fore. Ad arma si deveniatur, non depo-  
 ni ea nisi arbitrio Victoris. Ne fidant  
 nimium secundis, neque viribus extero-  
 rum. Sæpius eas ostentari, nec rarò fal-  
 lere. Ab obsidione postremâ mutatam  
 rerum faciem. Prodiisse sententiam Cæ-  
 saris; & Principis plurium foederibus in-  
 nexi potentiam crevisse. Iterum orare

34.  
 Nobili-  
 tas iterum  
 concor-  
 diam  
 tentat.

Gg

ut



1659.

*Idem  
quoque  
Legati  
Princi-  
pum.*

*Sed irri-  
to effe-  
ctu.*

35.  
*Frisiorū  
fervor  
pro Civi-  
tate.*

ut sinceros, ut amicos, ut Patriæ ejusdem Ordines, ac monere, tempestivè conlulant sibi & suis; animos induant tranquilliores; revocent ad exteris Legatos concordiam honestis conditionibus domipacificentur. Et quamvis haud multo post Serenissimi Principes Elector Coloniensis & Dux Palatino-Neoburgicum opera *Landtsbergij & Veltbruggij* Legatorum idem Civibus inculcariat; vix tamen visi sunt aliud responsum obtinere, quam si Princeps sententiæ, mandatisque Cæsareis renunciaret, nec iis adversus Civitatem uti velit, se quoque Internuncios suos è Belgio promptè revocatuos. In animorum intemperies, & vicinorum Principum expectationem, & patriæ Nobilitatis sollicitudinem frustravit.

Satis liquebat *Christophoro Bernardi* civium mentes solâ suppliciarum, si non re, saltem spe, è Belgio foveri. Sed nec Belgarum omnium idem fervor erat. Ordinibus Frisix *mediatio & protectio* Monasterien. sollicitata adeò cordifuit, ut sexto post die statuerint, cum Civitate iis statim conditionibus conveniri oportere, quæ *Provinciis salutaris* & cum primis *incremento vera Refor-*mata Religionis utilissimæ viderentur. Ita quidem, ut cum ex eo judicarent uniti Belgij totius, & nominatim Provin-



eia cuiusque securitatem dependere, sin  
 Ordines ceteri, assentiri sibi nollent;  
 nec ipsi consentirent placitæ jam alimen-  
 tationi copiarum, quæ Regi Daniæ auxi-  
 liares, *Hafnia* hybernabant. Id agrè  
 habebat Proceres Hollandiæ, qui, tamen *Haud*  
 humaniter, cum Frisii expostulant, quæ *par a-*  
 per D E U M sit connexio rei Monaste- *pud Holo-*  
 riensis cum militiâ Reip. ut huic propter *landos.*  
 alteram, subtrahi debeant alimenta? Et  
 annonam jam diu comparatam, imò ma-  
 gnâ parte in *Orizontem* præmissam, ni  
 fallerentur, jam in portu esse. Cùm;  
 præterea asserunt, ita & se Monasteriensia  
 euraturos, ut postquam de iis, quod sit  
 quotidiè, satis consultatum fuerit, auditâ  
 suorum relatione statuatur id, quod Pro-  
 vinciiis potissimum judicaverint expedire,  
 nascens apud Frisios favoris aura facile  
 disparuit. Et quamvis *Guilielmus Fri-*  
*dericus* Nassoviæ Princeps, Frisiæ Gu-  
 bernator, præ reliquis Zelosior per eos  
 dies auditus sit dicere, si Provinciæ cæ-  
 teræ etiam omnes detrectarent, solam Fri-  
 siam, aut unum certè Groningense Do-  
 minium Monasterienses protecturum. *Et pro-*  
 Quod tamen Frisij correcto priore decre- *vincias*  
 to. testarentur, affectum quidem erga Mo- *alias.*  
 nasterienses apud se continuari, sed nol-  
 le propter eos in Dania pati Militiam Reip.  
 nec Groningenses dicta Nassovij secunda-  
 rent,



1659. rent, haud difficilè colligebant sagaciores  
fervorem potuisse.

*Consternat id  
Ablegatos.* Non placuit ea animorum mutati-  
præsentibus isthic Monasterientium Able-  
gatis: præsertim cum miles Principis quo-  
tidie auctior in oppidis, pagisque Civitatis  
vicinis nunciaretur hospitari, & tantum non  
obstrui vias omnes, certè aditum ad Ubi-  
bem indies reddi difficiliorem, ac com-  
munis etiam vigiliis Civem fatigari, impo-  
situm rati Civitatem magis afflictam &  
majore pressam necessitate, speratâ dudum  
mediatione ac protectione destitui: Orato-  
res igitur, ut vel consilio succurrant Ordine-  
s suggerantque, quid tandem ipsis facien-  
dum, aut demum, ut apud Cæsarem inter-  
cessores, & causam Civitatis saltem  
litteris commendent. Sed, dum in  
quòque difficultatem sentiunt, quoties  
doctiores

*Ideo consiliū  
à Rep. petentes.* *Quantos humana negotia movent  
Alternasq; vices miscent!*  
nec etiam ipsosmet inter Ablegatos bene-  
conveniebat. *Eitzenus* namque homo  
erat ebriosus, præceps, loquax, & cum  
fastidio aliorum vanus. Rhedam & equum  
alebat; in vestes, corporisque ornatum  
& hujusmodi quisquiliis pecuniam profu-  
debat. Id prodigentiam interpretatus *Clau-  
tius* Collega, palam improbat, ac tan-  
dem re ad Senatnm delatâ, si quid isthic  
utilite

*Eitzeni  
genius.*



utiliter operatum velint, *Eitzenum* suadet revocari, & submitti *Drachterum* oportere.

Inter eas apud Hollandos altercationes 36.  
timor belli in Westphalia augebatur. Ante *Belli ti-*  
oculos omnium erat Ablegatio Monaste-*mor in*  
riensium in Hollandiam, toties inter-*West-*  
dicta. Importuna sollicitatio protectionis *phalia.*  
exterorum, & severius prohibita. Obsti-  
natio Civium, quæ præconceptâ de Bata- *Quibus*  
vis, inani licet spe foveretur: quodque *de cau-*  
Nobilitas, infectâ re Monasterio reversa, *sis?*  
omnem assereret de pace tractationem de-  
clinari, compositionis & concordia de-  
speratio. Principem quoque nec velle,  
nec posse renunciare juri per sententiam Cæ-  
saris attributo. Numerosiore quotidie  
scribi militem. Nunc etiam spargi Legio-  
nes Cæsareanas appropinquare. Translata  
Monasterio *Coesfeldiam*. Tribunalia, fa-  
crum & Civile aulicum. Idem factitatum  
ante nuperam obsidionem. Et certum vi-  
deri Tragœdiam Monasteriensem vix posse  
sine armis terminari. Ad hæc Remp. Ba-  
tavorum vicinis etiam fortalitiis de annona  
& supellectile militari, sollicitudine vix  
usitatâ providere. Et auditus sexto Idus  
Novembris, quando octiduo ante in Curia  
Monasteriensi tumultuatum erat, claro  
æthere, sub tertiam pomeridianam ingens  
frigor, supràq; dimidium quadrantis horæ



1659.

(testis loquor) incessanter in aere continuatus, oppidò metum auctitabat. Vñ Monasterij notatus est, sed à pago *Roxa* aëra Dicecesanum & aures admirantium usq; Zutphaniam vibravit. Nec fulgur visum, nec species tonitru fuit, sed fragori similis, quem certantibus Anno nuper Septuagesimo tertio ad oram *Thessalia*, pugna navalì, Anglis & Hollandis, ex continua tormentorum laxatione, tunc *Zwollis* sensu percepi. Haud dissimile auditum Pentecoste proximè lapsâ; quid iis conficiebant prodigiis aliud, quam bella portendi?

1660.

37.  
Ad que-  
relam  
Princi-  
pis.

Nec multum ab eâ opinione dissentiebat *Christophorus Bernardus*, quod planeta *Westphali* & *Belgæ* vix aliud permitterent augurari. Igitur sollicitus, quem demum viâ milis istis obviaret, superum hominumque opem implorat. *Cæsari* questus, post intimatas nuper *executoriales* non modò non dimisisse ex Urbe præfatum, sed & multum præterea militum *Monasterienses* authorâsse: Et licet in *Aulico* *Tribunali* *restitutionem in integrum* seriò petere videantur, quod tamen hæc à *Confœderatis Belgij* *Provinciis* protectionem & suppetias, privatâ *Legatione* sollicitent, nec aliud quam sententiæ executionem remorari meditentur; orat, ac simulatas preces *Cæsar* rejiciat, ac *Civitatibus* seriò mandet, ex *unito Belgio* statim re-

vocat



vocet Ablegatos, & unâ sibi Legiones aliquot auxiliares submittat, quarum præsidio imminentiâ quævis mala à Monasteriensi Principatu avertantur. Cæsar hæc non minùs à *Friquetio*, quam *Christophoro Bernardo* jam Doctus, incunte nunc *Et relationem* anno à partu Virginis supra millesimum *Friquetis* sexcentessimum sexagesimo, die decimâ Januarij *mandatum sine clausulâ* decernit, quo sub pœna proscriptionis publicæ (*Banni* vocant) severè præcipit Civitati, *Cæsar* suos ut *Ablegatos* è Provinciis *Belgii* *mandat* *Confœderatis* statim revocent, quæcumq; *revocationem* *et acta* rescindant atque *irrita* *declarent*, simulq; doceant, *infra Ablegatorum.* *proximum bimestre* hisce iussis paruisse, quòdque ab istiusmodi ausis se velint *posterum* continere. Quò certius Urbs, imperata non faciens, ad obsequium stringeretur, triduo post mandat Equitum *Destinat* *Legio-* *nes in* *West-* *phaliâ.* *Chilarchæ Fabro*, patriâ Leodiensi, & *Hospitalantur* *in locis* *Mona-* *sterio* *vicinis.* *Henrico Mauritio Wolfræsdorffio*, Equiti *Militensi*, peditum Tribuno, ut brumâ *mensis* *West-* *phaliâ.* *Westphaliâ* moverent. Et hi quidem, quod præproperatis itineribus in *Dioecesi* *Monasteriensi*, jam ante finem Januarij, ac *Hospitalantur* *in locis* *Mona-* *sterio* *vicinis.* *ferè citiùs* adessent, quam venire nunciarentur, iussi sunt in vicis atque oppidis *Monasterio* finitimis confidere. Princeps *Monasterio* *vicinis.* *etiam convocatis* extra ordinem statim *Pa-* *sterio* *vicinis.*



1660.

tria Proceribus, explicatâ rei necessitate & Cæsaris Imperio. de stipendiis & annonâ, cum iis facîle convenit. Contra verò Monasterienses quidem protestati sunt atque *Aluntur* omni pernegatâ necessitate, in tributum *stipen-* copiarum sustentationi designatum nundis *Diæ-* quam se consensuros; Verum Ordines *cesanis.* cæteri, quod causâ Monasteriensium Legionis isthuc Cæsar destinâset, non tantum existimabant obsequium hoc deberi Majestati suæ, sed etiam ad hujus tributum onus Civitatem præ reliquis obligari. Nec ab unius Monasterij arbitrio, decreta Comitiorum pendere; quæ cum placuerint Cathedrali Collegio, universæ Nobilitati & toti Collegio Civitatum, non posse, & ab uno quidem tertij tantum Ordinis membro improbari.

38. Néque Princeps eam Monasteriensium *C. Bern.* contradictionem moratus, ut ex animis *ad Bata-* tavorum sinistri cujuscumq; suspicionis *vos de* tam expungeret, Nonis Februarij, Hestun- *adventu* gio interprete, Reip. explicavit: *militis* Civitatis leges & suprema Imperij *Casa-* casteria ludentis, externaque adversus *reani.* eas implorantis auxilia necessitatem sibi imposuisse, Cæsarem veluti Judicem cause & supremum caput adeundi, ab eoque consilium & suppetias exorandi. Et hunc motum esse, ut in Diœcesin Monasteriensem Legionem præmiserit, malis, *qua*



qua exin Imperio Romano imminere  
visa sint, tempostivè propulsandis. Ne  
Confederati Belga aut quissiam alter  
varie id interpretentur, certos se velle,  
advenisse militem illum ad nullius offen-  
sionem, sed sui duntaxat Principatus  
tutelam. Quâ in re eâ pariter mode-  
ratione se usurum, ut omnis etiam of-  
fensa occasio & iustioris querela causa  
procul foret.

Priusquam ita Legionum adventus Reip. 39.  
significabatur, Nicolaus Drachterus die Drach-  
vigesimalâ secundâ Januarij Monasterio di-  
gressus, tectusque præsidio militis urbani, iterum  
per Dioecesin ductus Hagam-Comitis in Haga.  
trârat. Eitzeno statim Monasterium re-  
deunte & paulo post à Civibus exautho-  
rato, ipse reprobata Collegæ sui importu-  
nitate & facti insolentiâ temperatiùs rem  
agit. Insinuatus faventiorum animis, ne-  
cessitates Urbis exaggerat. De eâ inva-  
lescentibus quotidie malis & Cæsareano  
nunc etiam milite cingi cæptâ actum esse,  
si non tempori succurratur. Spem quidem,  
fiduciâque omnem in Batavis positam, &  
verò contra, si ab iis desereri Cives con-  
tingat, extremis hisce, quanquam invitos  
adactum iri, alia ut consilia capebant. Non-  
neminem Bremis subsistere Steinigerum, tus cum  
qui rebus Monasteriensium intentior, Sueci Suecia  
Regis nomine cum Civitate tractet, & mina-  
Coictium apud Remp. hanc, Regis Lega-  
tur.  
G g 5 rum,



tum, ipsos etiam & iis quidem conditionibus invitare quibus abundè Civium salutem consultum putent; neque de pace Regem acturum unquam, nisi pactâ simul Civitatis incolumitate. Animos verò Civium in Remp. hanc magis, quam Regem propendere; at si constantes velit, necessarium videri, ut tempestivè foveantur. Indicet, in re tamdiu deliberatâ haud ultra moras necesse oportere, sed maturato opus esse. Nihil tunc quidem poterat efficacius proferri, quo Batavorum mentes occuparet. Nec enim quidquam Resp. sic averfabatur, quam Regis eâ tempestate formidabilis potentiam, viciniâque, cui frangenda classis integrâ & partem exercitûs, Regi Daniæ auxiliares in septentrionem jam pridem destinârant. Effecit ea Monasteriensium ostentata in Batavos propensio, & Batavorum à Succis aversio, ut tantò se posthac prouorem Resp. probârit, quanto intensius Civitatem ab omni Suecorum commercio cupiebat alienam.

40.  
Batavi  
Monasteriensibus pecuniam mutuatur.

Tertio post die decernunt adeundum esse *Friquetium*, ut is autoritate Cæsaris dissidentes componat, monendûmque, non passuros unquam Ordines, ut armatâ manu Civitas infestetur, sed eo casu fore sollicitos, ut laborantibus vicinis opem ferant. Intereâ verò oportere Provincias afflictis credere eam pecuniæ summam, quam



quam temporis, rerumque successus videbitur postulare, ita tamen, ut nec in fœdera cum aliis coëant, nec alterius cuiusvis præsidium admittant, nisi Rep. consentiente. Oblatam pecuniarum mutuacionem Monasterienses amplectuntur, amicorum suasu, qui sicut à Suecis etiam abstractos Cives volebant, ita esse explicabant quæsitæ protectionis exordium, nec magis Civitatem ad annui solutionem census, quam Remp. ad Studiosius cavendum, ne Civitas pereat, hac ratione obligatum iri.

Et quamvis Princeps re intellectâ in- *Recla-*  
terpositis statim litteris obsisteret, ne ar- *mante*  
gentum fœnebre locaret Resp. *Haud Princi-*  
*enim municipale & subditam Civita-* *pe.*  
*tem posse sine suo consensu fœnori pecu-*  
*niam accipere; neq; se neq; successores*  
*laturus unquam, ut census solveretur:*  
nihilominus decies mille imperiales hac  
vice numerati sunt, & promissa quot men-  
sibus summa etiam auctior, si quidem res  
Civitatis id exigerent; è contra Cives &  
se, & sua, Urbisque facultates omnes op-  
pignorârunt, subjeceruntque cuiusvis loci  
foro, & nominatum executioni ipsius Reip,  
militari.

41.

Ordines verò Tubicinem expediunt *Batavo-*  
cum epistola ad Principem, quâ non sine rum ad  
*mœrore intelligere se testantur ingen-* *C.B. lit-*  
*tem sera.*



1660.

468 CHRISTOPH. BERNARD.

tem istis locis belli apparatus, & peregrini etiam militis adventum; haud alio, ut apparet, fine, quam ut paulatim Monasterium obsideatur. Id non tantum commercii utrinque incommodaturum, sed & illam copiarum in confinis hospitacionem Reip. suspectam esse. Adhuc Civitatem, si ope sua destituta contingeret, desperato forsitan animo externos Reges imploraturam, quorum praesidio facile incolumis servaretur. Eos esse posse; quorum vicinia, cum primis hoc rerum statu, Provinciis Confederatis periculosa foret. Et ne sedes belli figatur eo tractu, quo indubie Resp. involvi debeat, securitatem Provinciarum imponere Ordinibus necessitatem sese interponendi, ut dissensiones ea amica compositione terminentur. Rogare se Principem, hanc ut armis anteponat, & copias militum missas faciat, omniaque in priorem statum reponat. Se tunc vel Haga Comitum, vel si visum fuerit, alibi Delegatorum opera prompte collaturos, qua ad promovendam equam, honestamque compositionem conducere videbuntur. Id ipsum pariter communicant Civitati & Friquetio Caesaris Ministro.

C. Bernardi  
responsoria.

Responsionis, quam cum eodem baiulo Princeps actutum remisit, argumentum



mentum erat. Curam Diocesis post se ad Casarem & Imperium pertinere, ad quos etiam spectet corrigere, si quid ibi perperam agatur. Frustra externos tangi sollicitudine, quam sibi imposuerit & Casareani & proprii militis hospitatio. Eam solum spectare ad Provincia sibi credita defensionem. Securum se, ne Reges exteri Monasteriensibus subsidio sint, aut si etiam velint, curaturum omnino, ut frustrentur. Eas enim, quae DEI laus sit, & sibi & sociis vires superesse. Cum autem adeo extollant Ordines, favorem commerciorum, mirari se cur necdum sublata sint eorum impedimenta, quae ad Rhenum & Amasum flavios, unam belli contra Hispanos gesti, jam pridem cessantis necessitatem, iis imposuisse obtendant. Sane suadere se, ne praetextu commerciorum abutantur ad invidiam, odiumque vicinarum omnium nationum. Dissensionem cum Civitate sua Monasterio, rem esse Confœderatis Ordinibus prorsus alienam, cui confidit non magis pro sua prudentia se implicituros, quam ipse nuper involverit se discordantibus mutuo Transisalanis. Si interpositione opus sit, Casarem, Imperium & Principes esse, ad hos curam hanc, non ad externos pertinere.

Brat



1660.

42.  
*Brabeckius Hagam redux.*

*Brabeckius* Decanus, qui nona Januarij, equo generosiore, quem mitte florensis aestimabant, à Principe Auriaco Donatus in Westphaliam redierat, quamprimum de mutuanda Monasteriensibus pecuniâ mens Reip. Principi innotuit, in Hollandiam reverti iussus, hisce temporibus iterum Hagæ præsens erat. Quotidiana illi conversatio cum *Friquetio* Cesaris & *Weimanno* Cancellario Clivia. Brandenburgici Electoris Ministro, cum *Wittio* Hollandiæ, & *Grotio* Urbis Amstelodami Oratoribus, sub horum incude fervebat tentanda compositio. Eo fine

*Cum aliis concordia projecta componit.*

conveniebant frequenter, & unâ invitaverant Monasteriensium Abligatos; sed hi defectum potestatis causati conventum studio declinabant. Cùmque in chartam conjectæ essent compositionis leges (*Projectum* vocitabant) authores persuadent *Flodorio* Comiti quod apud populum Monasteriensem autoritate & gratiâ valere crederetur, Monasterium adeat; temperet Civium animos, ut ceu favorem amplectantur. Acturos etiam cum *Brabeckio*, ut & ipse emolliat mentem Principis, ne repudiet. Summa verò *Projecti* hæc fuit.

*Eius Summa.*

*Esto præteritorum omnium oblivio & amnestia generalis. Hanc ceu gratiam agnoscat Civis. Principi sit semper devota Civitas, & is Civitati benignus.*



nignus. Gerant se in posterum ut verè subditos decet, Præsul contra, quâ inauguratus addixit fide. Quæstio super jure præsidii annos viginti quinque, neutrius partis damno suspenditor. Dilapso hoc spatium, si necdum sopita fuerit, decisio ejus apud Tribunal Cesaris sollicitator. Quidquid tunc decerni contigerit, stator æternum. Nunc Princeps imponat Urbi præsidium peditum quingentorum, Gubernatorem & militiæ præfectos ipse erect. Omnes hi Sacramentum patriæ dicant, ejusque sumptus alantur. Ingruente vero majore periculo liceat Principi, conscio tamen Senatui, quadringentos pedites & equites centum superaddere. Inter hos prætoriani non numerentur. Si necdum secure satis eo sibi provisum arbitretur Civitas, possit assentiente Præsule ducentos, trecentos, aut quadringentos adscribere sumptu suo, ac nominare Præfectos, sed à Principe confirmandos, signisque militaribus decorandos; quibus & simul imperet Princeps in Urbe Gubernator. Sin minus id arrideat Civibus, lubeat Principi vicinis è paræciis accire numerum, qui adversus pericula sufficiat tuenda Civitati. Hospitia Senatui, servitia Princeps ex Provinciali arario, procuret. Arbitrarium sit Præsuli

Præsuli



Præsuli vel mutare praesidiarios, vel transferre. Gubernator, Eiusq; Vicarius coram delegatis Ordinum Patria iuramentum emittat: quoad cetera in eo contineatur, ne contra hanc transactionem agant. Civis, quibus videbitur locis necessum, excubias agere non prohibeatur. Istius autem Ordinatio, unquam disciplina militaris esto penes Gubernatorem. Miles ab omni onere Civico sit immunus. Urbs ex authore nunc militem suum. Ad quamlibet portam, turrim, vallum bina fabricator sera, & bina claves. Ha Principi Urbem nunc primum ingressuro, & post successoribus, dum inaugurarantur, ante portas debitam cum submissione offerantur. Medietatem sibi reservet Princeps, alteram ex gratia Senatui largiatur, sponsura, quod iis uti debeat ad Principis venerationem, & Patria, Urbisq; securitatem. Jus Tesserae seu militaris symboli solius est Principis. Urbs sine Principis & eorum consensu, quorum fundi ac iurisdictio tangitur, nec extendat nec contrahat, sed reparet munimenta. Clerus omnis & qui immunitates habitant, iique ministri, quibus libertas iure debetur, nullam onus Civile sustineant, seu curribus impostum seu frumentis. Nec novi quid Urbs  
statuas



statuat exteris onerosum. Dissidia Civitatis & Collegij Cathedralis componantur. Si quando gravari se putet Civitas, querentes benigne Princeps audiat, & si præter æquum tractari se judicent, iure agatur. Externa post-hac auxilia non impleret, sed statim renunciaret Urbs cuiuscumq; federi cum alienis pacto. In Transactionis presentis leges juret Senatus, quoties in annum eligitur, & Successoribus, dum inaugurantur, & vacante sede Collegio Cathedrali.

Dum eo instructus projecto Monasterium advenit Comes, aversos statim offendit Civium animos: tantò quidem turbatiores, quò minus expectatum erat. Postetne liber Civis, persuasuro respondebant, amplecti legem, quæ libertatem, juraque Civitatis omnia evertat? Dominium præsidij tribui soli Episcopo: clavium partitionem, ferarum duplicationem, nec solum ad portas, sed & turre ac valla, inauditam esse, nec Cæsaris quidem sententiâ contineri. Voluntati Episcopi, votoque Cleri delatum, quidquid optatum, gratumque fuit; Civitati verò non modo indulgeri nihil, sed tertio præterea in Comitibus suffragio, quin & proventibus & munimentis suis exui. Ipsos sanè adversarios nunquam ausos fuisse istarum ob-

43.  
A Flo-  
dorpio  
in Urbem  
perfer-  
tur.

Sed à Ci-  
ve reji-  
citur.

H h

jectu



jectu conditionum liberam Urbem tentare. Nec Cives tam abjecto unquam, fractoque animo futuros, qui acceptent. Gloriosius fore & privilegii & ipsius vitæ usurâ per fas, sive nefas spoliari, quam non convictos, nec devictos, adeo turpiter, victas dare manus. Credere factum esse si non abortum, Aulae Episcopalis. Profecto non convenire hæc cum sollicitudine Ordinum Generalium de tuenda Civium libertate ac juribus toties contestatâ. Unico hoc partu Cives nasci ex liberis servos, ex insontibus reos, lædendi enormius, quos adeo læsos jam antè constet. Æternam ignaviæ, ignominiaque labem subituros, ita si posteri omnes tam miserandum discrimen adducerentur. Malle cum *Numantinis* & sua & seipso pro aris & focis gloriosæ morti consecrare, quam isthac viâ subire legem perpetuæ servitutis. Nihil verò statui etiam posse, priusquam *Drackterus* & *Clutius* è Belgio reduces coram audiantur.

44.

Ita Comes è Westphaliâ in Hollandiam & eodem tempore *Knoestius*, *Templingius* & *Hollandius* ex Austria in Hollandiam, re utrobique infectâ ad suos revertunt. *Drackterus* verò & *Clutius* à Batavis dimissi, quod absentibus in negotio concordia nihil statuerentur. Cives, & ne posset objici, redire curâ pro-



prohibitos, quos revocari oportebat, nacti litteras à Principe liberi commearūs, argentum scēbre ineunte Mayo salvi in Urbem asportarunt. Visus statim numerosior miles conscribi, comparari annona, uberior procurari supellex militaris, ex ære fundi tormenta, & Sancti Servatii propugnaculum, quanquam Princeps severè inhibuerat, & Collegium Cathedralē suam violari jurisdictionem, & Vestales Nisingana eripi sibi fundos querebantur, magnā plurium quotidie operarum festinatione maturari.

*Nova  
Monasterien-  
sum mo-  
limina.*

Jam dudum apud Imperatorem doluerat Princeps, ab intimatis Monasteriensibus Executorialibus militem præsidiarium non modò non exauthorasse, sed contrà adscripsisse numerosiorem; imò tametsi à Tribunali Cæsareo-Aulico restitutionem in integrum identidem urgenter flagitarent, ad illudendum tamen lententiæ & executionem ejus interturbandam, operâ Delegatorum externæ Reip. auxilia etiam hodie dum, ausu periculoso sollicitari; quocirca orare se, ut in pœnam Executorialibus insertam reos incidisse declararet Caesar. Imploratus toties Augustus tandem pronunciat decretum sequens. Paritoriam vocant.

45.

*Caesar  
duplicē  
parito-  
riam de-  
ceruit.*

*In causa executionis Domini Episcopi Monasteriensis ex unâ, contra*

Hh 2

Con-

*Primâ,  
quoad*



1660.  
execu-  
tionem  
Senten-  
tia.

Consules & Senatum Civitatis ejusdem ex alterâ partibus, quacûq; pro obvi-  
nenda revisione actorum, & restitucio-  
ne in integrum ac sustinendâ præten-  
sitate adversus sententiam Anno pro-  
ximè lapsò 1659. die nonâ Julij pronun-  
ciatam, ex parte reorum producta sunt,  
tanquam informia & irrelevantia re-  
cimus, sed & ipsi rei spatium bim-  
stre à Die insinuationis computandum  
quo dicta sententia, & emanatis ac re-  
productis Casareis Executorialibus ob-  
dienter vixisse & reapse satisfecisse suf-  
ficienter probent & doceant, per præ-  
sentes iterùm & peremptorie præfixi-  
mus, adhuc interminantes, si inter  
præsentibus ita non paruerint, ex tunc  
prout ex nunc, & ex nunc prout  
tunc in pœnam Executorialibus inser-  
tam declaratos, arctiora quòq; decreta  
& Actori ad expensas, super his casu  
satis salva judiciali moderatione referen-  
dus obligatos fore. Vienna die 23  
Maij 1660.

Præterea ad geminatam Principis que-  
relam, iustos quidem sub pœna proscrip-  
tionis publicæ die decimâ Januarij Mon-  
sterienses, suos ex unito Belgio Delega-  
tos avocare, ac retractare quæcûq;  
forfan acta essent, verum posthabito Cæ-  
saris imperio tractatus cum Batavorum  
Rep.



Rep. in hunc usque diem continuari, altera prodit paritoria sub hoc tenore.

*In causa Domini Episcopi Monaste-Secun-  
riensu Actoris ex unâ, contra Consules dam,  
ac Senatam Civitatis ejusdem ex alterâ quoad  
partibus, mandati sine clausula de avo- revoca-  
cando & cassando sub pœna Banni & c. tionem  
postulatam à Domino Rectore pœna & Ablega-  
arctiorum declarationem adbuendum torum.  
suspendimus, sed reus repudiatâ pratensâ  
paritione ceu imperfectâ ceterisq; ad-  
ductis non attentis, spatium duorum men-  
sium à tempore insinuationis computan-  
dorum peremptoriè præfigimus, iterum  
mandantes, ut interea, emanato, re-  
productoq; Cæsareo mandato quoad re-  
vocationem, simulq; cassationem quo-  
rumcunq; in hunc usq; diem actorum,  
quodq; in posterum ab eis se prorsus con-  
tinere velint, decenter paruisse & satis-  
fecisse, verè probent ac doceant; ad  
hac interminantes, si contumaces per-  
severârint, in pœnam mandato inser-  
tam tunc ut ex nunc, & nunc ut ex  
tunc horum serie declaratos, arctiora  
pariter decreta, & Actori ad expen-  
sus idcirco causatas salvâ moderatione  
refundendas obligatos fore. Vienna  
23. Maij 1660.*

*Ea erat Cæsaris, ceu Austriacis hz- Vicinis  
reditaria moderatio, ut quamvis vellet de- Imperij  
cretis,*

H h 3

cretis,



1660.

*Statibus  
tentamē  
concor-  
dia com-  
mittit.*

cretis, sicut oportebat, parere Civitatem, nollet tamen violentā coactione adigi, si benigniore viā induci posset. Igitur committit *Francisco Guilielmo* Cardinali *Wartenbergio* Osnabrugensis & *Theodoro Adolpho* Paderbornensis Ecclesiarum Episcopis ac *Joanni Orientalis Frisiae & Ritbergæ Comiti*, Ordinibus Imperij vicinis, ut ipsi Cæsareā auctoritate interponant se, probatāque ex insperatā ulteriore contumaciā periculorum, maiorūque necessitate studeant inflectere animos, ut haud gravatim Cæsareis Decretis Civitas obsecundet. Eo fine utramque acludit *paritoriam*, quas antè vetat intimari, quam benigna videatur interpellatio locum non invenisse. Sed ea paulo post intereiderunt impedimenta, quorum obstaculo, & clementia Cæsaris, & promptitudo Delegatorum, facile frustrata fuit scopo tam salutari.

46.  
*Monasterien-  
ses à Co-  
mitibus  
excluduntur.*

Postridie supplicationis (quam non unā de causā, ex die secundā Pentecostes in tertiam, hoc anno transferre visum fuit) in agro Coesfeldiensi solenni pompā & magno Procerum, hominūque confluxu celebratā, in arce D. Ludgeri Comitum agebatur. Cui pro more dum Monasterienses se sistunt, dicturo propositionem Oratore, exesse iussi, ac secedere, & relegere hospitia compelluntur. Dede-



Dedecere enim, aiebat Princeps eos quorum protervitas & Cæsaris, & suam toties læsisset authoritatem, adesse & audire, quæ in publico hoc conventu aut propter se, aut sibi contraria dici oporteret. Sed & Ordines Patriæ defectum annonæ questi, quæ alendo militi Cæsareano nuper destinata erat, accusatâ Civium obstinatione, Principem urgebant, ut cum sola restaret portio Civitatis, Monasterienses tam diu morosi non minùs, quam cæteri Provinciales, executione tandem militari ad solvendum stringerentur. Cæsareanorum Equitum Legioni, Urbis debitum assignatum erat. Cùmque militi sæpiùs humanè solutionem exposcenti, identidem Cives negarent, à se quidquam solutum iri, quod in eam tributi speciem ac summam Civitas non consensisset; Equites, quidquid armenti in agro Monasteriensi pabulatum ibat, die vigesimâ secundâ Maij militariter abegerunt. Et eâdem luce, qui ex Urbanis ad Comitia Ablegati erant, sinè veniâ Principis, Coesfeldiâ exire prohibentur. Utriusque facti insolentiam, indignabundi Monasterienses, missis statim Tubicine, per litteras acriùs exprobrant, postulântque dimitti Conci- ves suos. At verò Princeps arctiùs illos custodiri, nec antè laxari jubet, quam mandato Cæsaris ac suo Civitas obedi-

*Et pro  
testante  
tributo.*

*Miles  
Cæsareanus  
armēta  
abigit.*

*Utrum-  
que fa-  
ctum ex-  
probrat  
Civitas.*



1660.

480 CHRISTOPH. BERNARD.

ter vivat, & unâ probet, eorum retractionem, quæ sub id Haggæ-Comitis acta sint, toties imperatam. Cumque reliquorum tandem Ordinum interventu parituros se pollicentur, tertiâ post septimanâ redire Monasterium permitti sunt. Nullo tamen effectu secuto; nec enim Societati cum Batavis pactæ renunciatum est, nec residua hacûsq; ex tantis tributi portio soluta, sed viâ circum Urbem redditæ infestiores, ac positô demùm calamitas manu & ferro geri capta. Urbis præfidiarij non unum Principis equitem, perditemque viâ publicâ hostiliter invadunt, diverberant, exarimant, mortem minantur, capiunt, captosque in Urbem adducunt, prætextâ clarigatione id licere volebant Cives; abactum scilicet pecus, nec restitutum.

*Et incipit hostiliter agere.*

47.  
*C. Bernardo Wolbecam tendente.*

Postridiè solennitatis, quæ magno Baptistæ sacra est, Princeps pro more intererat supplicationi *Bilderbecana*. Hanc suâ quotannis præsentiam celebriorem faciebat, ut Divum *Ludgerum*, quem eo in oppido mortuum annales habent, exemplo Præsulis incitatiores subditi, religiosius venerarentur. Postquam *Bilderbecam* præfidiarij eramus, concessum est *Wolbecam*, ut indè *Strombergam* digressurus Princeps, sub insequentem Dominicum, *Crepiphoriam* eo loco tot sæculis famosam, præfens



præfens quoque decoraret. De viarum infestatione jam certus, jufferat cohortem equitum *Fabriana* Legionis ex municipio *Sendensi* prope *Albachtum* occurrere. Prætoriani pedites permiffi ad finiftram divortium viæ facere, propiùs quidem Monasterium, rectiùs tamen *Wolbecam* contendebant, quò securiùs etiam tegerent prætervehendos. Incidunt in tres Urbis præfidiarios in agro, *Spiritum* vocant, excubantes, quos unà fecum, quod tranfeutes hostiliter inclamarent, captivos *Wolbecam* trahunt. Fatebantur ij, quingentos circiter ipsâ die portis effufos ac difperfos turmatim, haud procul indè vias obfervare. Id quanquam Princeps & plures infidias interpretati funt; nunquam tamen ego, qui eadem in Rhedâ præfenti cum Principe periculo exponebar, adduci potui, ut crederem ad eam Monafterienfes dementiam adfcendiffe, qui in audito apud Germanos exemplo, viâ regiâ, fanguinem peterent, vitâmq; Principis ac Miniftrorum.

At verò Cives intellectâ trium ex fuis captivitate, alterâ ftatim luce ad vicina circum præfidia tympanotribam emittunt, qui vim armatam omnibus denunciat quotquot intra pilæ è tormentis jactum, propiùs Civitatem accedere aufi. Die autem undecimâ Julij, quæ erat Dominica, à

*Tres ex præfidio Urbico capiuntur.*

48.

*Cives præfidii vicinis vim denunciat.*

H h 5

con-



1660.

continuato per id tempus Urbanae pecu-  
dis abactu exasperatiores, centeni aliquot  
irruptione factâ, Cæsareanum militem,  
*Et Mili-* in vicis *Aldenberga & Nortwald*, secu-  
*ti Cæsa-* rius hospitantem, sub tempus antelucanum  
*reano in* opprimunt, Vigiliarum Magistro & altero  
*ferunt.* equite trucidatis, plures spoliant, capiunt,  
& cum equis octodecim phaleratis, in Ci-  
vitatem inducunt. Per simile biduo post  
in pago *Havickesbeck*, sed frustra ten-  
tatum.

49. Enimverò Princeps, quot facta, tot  
*Princeps* injurias interpretatus; clarigationem nulli  
*ad obsi-* adversus Dominantes subdito licitam; su-  
*dionem* pra germanici miliaris ab urbe distantiam  
*separat.* iter facientes molestari; de prætereunti-  
bus agi prædas; sibi insidias strui; po-  
pulangundum militem in Dicecesi sævire;  
in expectato latrocinio trucidari suos; &  
ipsum quidem opprimi Cæsaris militem;  
iis de mediis capit cogitare, quibus ob-  
tundi grassantium insolentia, & viarum  
posset securitas procurari. Emissariis sta-  
tim manipulis palantes ruri terret, co-  
hibetque; ac dato in vulgus libello latius  
*Causas* exaggerat *Monasteriensium temerita-*  
*divul-* tem. Qui iuri, iustitiæq; præferant ar-  
*gat.* ma, nec alium nunc, exemplo *Corsus*  
inter DEOS, hominèsq; Judicem velint,  
quam Martem. *Necessitate quietis pr-*  
*blica, & periclitantis patria salutis,*  
rapi



rapi se ad capessenda ea tandem consilia, quibus jura, auctoritatēq; Principis non minus ipse tueri, quam injuriis omnes à cervicibus subditorum propulsare queat. Testatur insuper, Commissioni Casarea adversum, nihil se meditari; nec in quoquam ei derogatum velle; sed initurum viam, quam contra hujusmodi grassatores, ceu tritam, ipsius Leges Imperij præmonstrarent.

Ergo præmissis ad DEUM supplicationibus, votisque publicis (quæ rebus agendis pia sunt initia) obsidionem tertiam & ultimam decernit. Evocato è fortalitiis ac præfidiis milite, comprimendis pupulationibus vias primùm obsideri, copiis dein collectis die secunda & vigesima Julij, infra Urbem, in agro *Mariafeldensium*, castra metari facit. Isthic *in agro* primam quoque stationem & Castellum *suburbano locat.* Marianum ad alveum Alphæ designârat. Cui statim erigendo, dum miles occupatur, postridiè è porta Judefeldianâ Urbani erumpunt, sed brevem post velitationem desideratis duodecim, nec pauciore numero vulneratis, Urbem relegere coacti. E Principis militiâ dissecti quatuor equi, & equitum unius pes sinister, glande tormentariâ ablati, nec aliud continuis quinquaginta è vallo tormentorum ejaculationibus effectum.

A quo



1660.

50.  
Tres à  
Belgij  
Provin-  
ciis Mo-  
nasteriū  
ablegan-  
tur.

A quo tempore Monasteriensium Ab-  
legati Comitis-Hagâ discesserant, eorum  
Patronus *Aitzema* quotidie flagitabat Or-  
dines Provinciarum, ut Decretis suis con-  
formiter, oppressæ Civitati suppetias fer-  
rent, aut si *projectum* etiam admitti op-  
portere videretur, ex Ordinum gremio  
nominarent aliquos, quorum prudentia  
ad amplectendum Cives persuaderentur.  
Id tandem precibus detulerunt, ut *Bal-  
vereno Gelro, Schellingæ Frisio, & Tam-  
mingæ Groningano*, trium Provinciarum  
Ablegatis, potestatem fecerint Monaste-  
rium adeundi, ac Cives, quibus possent  
rationibus disponendi, ut communicatum  
nuper *projectum* acceptarent. Et quan-  
quam instabat *Aitzema*, ut extensâ tan-  
tillum potestate Principem quoque salu-  
tarent, urgerentque oblatam, mense nu-  
per Aprili, ipsis Ordinum litteris, inter-  
positionem. Quod tamen Hollandia re-  
luctaretur, causata Reip. contemptum,  
quod apparebat, à Principe contingere,  
eam repudiari, nec ipsa voluit Delegatis  
ex suâ Provinciâ Collegam adjungere, ne  
ampliolem nominatis tribui characterem.

Dies erat vigesima sexta Julij, quan-  
do tres ij Caduceatores, postquam Prin-  
cipi mentem Ordinum aperuerant, in Ca-  
stra advenere. *Christophorus Bernardus*  
*Excipiuntur in* exercitus præfecerat *Theodorum Philip-*  
*Castris.* *pum*



pum *Wilichium* ex *Probsting* Generalem  
 Vigiliarum Præfectum. Ab hoc & Chi-  
 liarcha *Nagelio* ad prandium humaniter  
 invitati, & eâ & posterâ luce comiter,  
 lautèque habitus sunt, ac dein sub vespe-  
 rum postridianum in Civitatem abire per-  
 missi. Ubi non minore desiderio quam *Ingressi*  
 honore excepti, altero ab ingressu die, *Civita-*  
 convocatis Senatui, Populòque Monaste- *tem.*  
 riensi, quæ in mandatis habebant, palam  
 in Curiâ proponunt. Potior ratio suasiva  
 erat, autoritas, voluntasque committen-  
 tium, quos ut saluti Civitatis intentos *Frustrâ*  
 constaret, ita Consiliis eorum, dictisq; *suadent*  
 Civem oportere esse audientem. Sed *projecti*  
 neque tunc, neque postea tam efficax *accepta-*  
 fuit unquam aut oratio aut animus Lega- *tionem.*  
 torum, ut vel potuerint, vel voluerint  
*projecti* illius acceptationem persuadere.  
 Nunc verò, si quidem Reip. serium id  
 esset, ab armistitio, ajebant Monasterien-  
 ses, capi debere, tractatum initia. Id  
 tametsi Principem confestim orabant Le- *Armi-*  
 gati, quod eâ tamen indulgentiâ sentiret *stitium*  
 spatium duntaxat quæri & colligendis *negat*  
 Reip. auxiliis, & messi Civibus in horre- *Prin-*  
 andæ; mox abnuvit, & majore quotidie *ceps.*  
 curâ insistit obsidioni destinatæ.

Perfecto jam Castello Mariano impo-  
 situs est *Eisengardius* Tribunus, & Vi-  
 cinæ Nobilium *Hardiorum* arcis *Wilking-*  
*hega*



1660.

*hega Meinereshagius* supremus Vigiliarum Magister, milites veterani; cui postremo adjunxerant *Fischerum* Centurionem.

51.

*Castra transferruntur.*

Optimè provisus omnibus, quæ ad utriusque propugnaculi munitionem ac robur faciebant, quod ita Civitas, quæ Aquilonem spectat, firmiter satis clausa videretur, reliquus exercitus septimo Idibus Augusti versus plagam Urbis Australis loco movit. In cujus transitu, ad vallium & templorum pinnacula, oppidanos cætervatim traxit cupido prætereuntium agmina contuendi. Et quanquam è muribus tormenta octodecim in transeuntibus continuè detonabant nec homini tamen, nec jumento nocitum fuit. Ad Vicum *Mecklenbecam* campi duo, castris prætorii designati. In priore pedes, in posteriori eques, tuguriola statim sua hand segniter extruxere. Domus *Bischoptingiorum zur Geist* commissa est *Cæterio* Centurioni. Molendina, quæ extra Civitatem erant, ne possent ului esse, primâ nocte mutilata. Obsessis hac secundâ Castrorum metatione magè arctatis, in agrum Monasteriensem, pabulator miles, audaciùs se effundebat. In hunc, altero post transitum die, inter leves ac veliteres pugnas, emissi supra septuaginta tormentorum ictus; sed vanè; nam solus equite ab unâ duntaxat glande vulnerato,

com-



commilitones reliqui, captis octo equis (qui devehendâ in Urbem segete occupabantur) ac messoribus totidem abductis, andrones suos salvi relegerant.

Nonâ Augusti Monasterienses excur-  
sione factâ currus binos, qui pane & cere-  
visiâ onusti, ad castra prætoria vehebantur, *Eruptio-  
nes &  
velita-  
tiones.*  
in sancti Mauritij ericeto interceperunt.  
Indè ausibus majores facti, novis satagunt  
manipulis fortunam experiri. In silva *Ne-  
vinckhoffianâ* abdunt se, ut hinc indè ultrò,  
citroque commeantibus, latentiores inter  
virgulta, insidias parent. Sed *Eisengar-  
dius* fortalitij Mariani præses, dolum sub-  
odoratus, delectum mox equitem, pedi-  
témque immittit, qui silvam perscrutati,  
insidiatores primos disturbant, & insecuti  
sparfos, palantesque ex iis cædunt viginti  
sex. Globus alter virorum quindecim,  
haud indè procul adhuc latitabat, qui com-  
pertâ suorum strage, è latebris prodeuntes,  
certi fuga salutem quærere, quâ poterant  
celeritate, vadum *Alpha* petunt. Sed no-  
tatos *Eisengardius* discurrentes, submisso  
confestim novo milite, ex adversâ ripâ tam-  
diu remoratur, donec sub iisdem, quibus  
socij, mucronibus caderent. Cautiores ex  
eâ clade Obsessi majorem postea Viatoribus  
securitatem reliquere.

*Ferdinando* Baroni *Furstenbergio* Cu-  
biculario suo jussit *Alexander* septimus, *52.  
Baro  
Furstenberg*  
ut



1660.  
bergius  
Pontifi-  
cis Ab-  
legatus.

Castra  
Instrat.

53.  
Agger  
Alpha  
obstru-  
itur.

ut *Francisco Guilielmo* Osna-brugensi-um  
Antistiti galerum Cardinalitium offerret.  
Ab eodem is Pontifice, ad Principem Ab-  
legatus, per eos dies præsens erat. Ut se-  
premam in eo Cathedram honoraret Præful-  
& curiosis postea Romanis, quæ Baro-  
disset ipse, ceu oculatus testis narrare pos-  
set, pridie Iduum Augusti ad Castra itum  
est. Eduxerat è stationibus copias *Wilhelmus*  
militiæ Imperator, ac dispositis armatorum  
centuriis, lætòque salutantium tormento-  
rum fragore adventantes excepit. Inde le-  
stratus miles, ac Castrorum situs; eorumque  
conditio & forma explicata. Tum de ag-  
gere struendo, aquis sistendis, novo canali  
fodiendo, & quæ id genus plura erant, con-  
sultatum. At postquam convivalibus epule-  
lis, in viridario apud *Mecklenbecanos* re-  
creati sunt, quâ fuerunt pompâ excepti  
*Wolbecam* recessere.

Deliberatum tunc, statutumque fuit,  
ut *Alpha* alveus, à *Compmanni* villa; ad  
orâ citerioris jugum, interjecto aggere le-  
cicaretur. Tum ut ita silterent secundum  
flumen, simulque ad incolarum molestiam  
molæ Civitatis aquarum beneficio denuda-  
rent. Tum ut aqua, continuâ è monti-  
bus colluvione, immensum collecta, re-  
quando intensius foret gelu, ad lubitum  
missa, plana Urbis stagnaret, irrumpen-  
tibusque ad mœnia viam sterneret favore  
glaciei.



glaciei. Vel si inexpectatior Civium ob-  
stinatio ita mereretur, laxato aggere, omnis  
aquarum vis, congregatim effusa, Monaste-  
rium magnam partem immergeret, obje-  
ctoque in pratis suburbanis retinaculo siste-  
retur, quo majoribus medijs Cives angu-  
stis pressi, deditioem maturarent.

Isti nunc aggeri jaciendo, extollen- *Spöe-*  
doque festinis operis intendebat Bernardus *dao*  
*Spödaus* bellicarum machinationum Ar- *Archi-*  
chitectus. Nec ex vano industria omnis fuit. *recto.*  
Nam confurgente paulatim in altum tumulo,  
turgescens quotidie amnis, à vico *Mecklen-*  
*becano, Roxellā* pagum usq; castra adeo fir-  
mavit ut inundationibus ceu mari septa, &  
hosti, & amico impervia, aditu omnes pro-  
hiberent. Per simili beneficio ut secus tra-  
ctum potirentur, qui Orientem versus Hil-  
tropium respicit, novum ex *Alpha* alveum *Et Neo-*  
(qui & *Neo-Alpha* dictus) idem Machi- *Alpha*  
nator per campestria designavit: cujus ex- *foditur.*  
cavatio bis mille rusticos mensem tenuit.  
Ejus ductu exuberantes ad aggerem undæ  
in torrentem *Sonnenborn* & is indè tu-  
midior, perniciosiorque in *Wesam* fluvium  
exonerabatur. Ingenioso isthoc artificio  
*Alpha* sociatus *Amasi*, eam & stativis se-  
curitatem, & Urbi occlusionem attulit, ut  
numerosissimus etiam miles haud potuisset *Ad ca-*  
tutiùs exæquare. Ad prætoriam namque *strorum*  
stationem unicus tantum aditus patebat; *securita-*  
*quem tem.*



1660.

490 CHRISTOPH. BERNARD.

Et ar-  
tiores  
Urbis  
obsidio-  
nem.

Æstas  
& Au-  
tumnus  
Civi ste-  
rilis.

quem & sublicio ponte, *Neo-Alpha* im-  
posito, & munitione firmatum, provin-  
ciales militibus immixti, ita semper ar-  
tuebantur, ut vel ingredi, vel egredi ne-  
mini licuerit, nisi chartâ licentiæ præmon-  
stratâ. Idem erat, apud transitus ac pon-  
tes, *Zweyenhoven* & *Nobisstrug* vulge-  
nuncupatos, excubantium ardor & cura; ut  
perfecto una riparensium istorum vigila-  
tia, & ab excursionibus militum liberata  
Diecepsin, & unâ comœatu interclusis  
Civitatem.

Cujus penuriâ Urbem quotidie inva-  
lidiorum reddere, unus obsidentium labor  
erat: & hinc maturæ nunc æstatis, nunc  
Autumni fructibus Civem privare, pabula-  
tiones impedire, pecora abigere. Quæ  
prout ab urbano milite tutelari diligentius  
subindè tegebantur, variarum sæpè decer-  
tationum causa fuere. Messis pluribus  
locis Civi præreptâ, quidquid avehi, dis-  
perdivè, aut tormentorum horror, an-  
tutantium vires, interdium prohibebant, vin-  
dicante noctis beneficio, flammâ consum-  
ptum est. Quotidianâ sic exercitatione  
nunc obsidentes, nunc obsessi, homines,  
jumentâque capiuntur, vulnerantur, occi-  
duntur. Tanto in id pronjore quolibet,  
quantò majori utrobique gloriæ erat dam-  
no fuisse. Sed & stupendum semel acci-  
dit equiti *Meinershagiano*, cujus pilei  
margi-



marginem pila tormenti pondo duodecim absorpsit, parte reliquâ & corpore illæsis. Nec importunum, quando visi ex agris in Urbem rejecti messorum, reliquisse victoribus exuvias, cibaria, lagenasque, quibus se, & suos reficere, volupe fuit.

Hæc obsessorum incommoda ad octavam decimam Septembris cominus, eminusque viderant Legati Friso-Batavi. Quâ die relictis mœnibus, per Castra Coesfeldiam deductos, diali Princeps cœna, in arce S. Ludgeri excepit. Multa Præsul inter cœnandum de causæ justitia & æquitate, de militis Cæsareani præsentia, de amicitia & favore Regum, de viribus Confœderatorum, facundè interferebat. Iis innexum fulcimentis sperare se, optatum brevi finem, sed nec timere, si quid adversi tentarent externi Magnates. Certè mixti epulis sermones, Herois magnanimitatem probabant. Inde Ablegati postridiè Vredenam profecti, vigesimâ quartâ Septembris Comitum-Hagam redierunt. Ex quorum relatione statim innotuit; *nolle Civem indulgentiam, ut leges compositionis ad projectam paciscatur. Sed malle Reip. imperio vivere subiectum: Ideoq; venturo cuicunq; præsidio patere portas, & Reformatis libertatem exercenda Religioni.* Hæc non secreta tantum instructione, sed duobus & diversis Tribuum

54.  
Ablegati discendunt Monasterio.

à Principe excepti.

in Hollandiam redeunt & referunt.



1660. ac Senatorum decretis firmabant. Pri-  
ris tenor hic erat.

Profe- Anno M.DC.LX. die XIII. Sep-  
runt Re- tembris. Cum ad instantiam DD. Tri-  
solutio- bunorum plebis nonnulli e singulis Tri-  
nem Tri- bus Deputati comparuerint, usq; An-  
buam. nimum projectum tractatus pacis, quod sua  
solutio creditur admissura, pralectum,  
sententia singulorum desuper rogata,  
quod propter ingens & continuum ma-  
mur, nec intelligi nec audiri potuerit  
resolutio; omnibus retrocedere iussu  
gnificatum est. Quandoquidem insu-  
larentur Tribuni plebis, quasi praesen-  
bus Generalium statuum Legatu ha-  
multa satis offerrent, ut binus e grege  
suo, videlicet Brochtorpio & Marlio an-  
mum suum aperiant, quid igitur offer-  
quid prestari Ordinibus velint. Quo-  
dein regressi palam testati sunt unan-  
mem omnium sententiam esse, Tracta-  
tus cum Principe ut abrumpantur, &  
claudantur porta, ut cum solis Genera-  
libus statibus agatur. Malle omni-  
quacung; etiam Principis postulata, in-  
tegrum imo palmam tradere Ordinibus  
Belgij Confederatis, quam Episcopo  
digni articulum indulgere. Pro extre-  
ctu protocolli, e domo Tribunitia signa-  
vit. Hermannus Rovecamp. Ex quo  
agendi ac scribendi modo, confusaque  
resolu-



resolutionis sensu sagaciores Hollandi non obscure conficiebant, apud Monasterienses tumultuariè rem omnem agi. Alterum verò sequens fuit Senatus consultum.

Cum ubiq<sup>3</sup> terrarum pateat, qualiter Et altera Celsitudo D. Episcopus Monasteriensem Se-  
sis, lite pendente, exclusâ & postpositâ natorū.  
juris ordinarij viâ, contra instrumen-  
tum pacis, juris civilis, gentium, &  
natura dictamen, Monasterium Urbem  
de novo hostilem in modum aggressus  
sit, Cives & incolæ bonis exuere, in-  
mentis frumentisq<sup>3</sup> spoliare, imò qua-  
dam more barbarorum flammis dare  
presumpserit, & indies adhuc pergat  
ceu rebelles tractare, ac ferro & igne  
extremum persequi, nec ut spargit ipse,  
cessaturus sit, priusquam Civitatem sibi,  
atq<sup>3</sup> ita perpetua subjecerit servituti.  
Non potest vitio verti, si, quod jura  
permittunt & suprema necessitas impo-  
nit, ex novâ hac verè fracta pacis pu-  
blica causâ, ad ea se media convertat  
Civitas, quibus se suosq<sup>3</sup> legitime tueat-  
ur. Quocirca Cives omnes demisse-  
orant, Præpotentes Ordines Generales  
dignentur vigore instrumenti pacis pu-  
blica, juris naturalis & gentium, fœ-  
deris Hansæticæ, viciniae, societatis,  
factarūque firmissimarum appromissio-  
num & asserationum, in presente ne-



1660.

494 CHRISTOPH. BERNARD.

cessitate & angustia, Urbem & incolam, licitâ defensionis viâ, vel armis, copiisque auxiliaribus, vel quibuscunque visum fuerit suppetis, tam in, quam extra patriam salvare, protegere & conservare. Urbs contra & Cives omnes, non solum gratiam & beneficium hoc gratissimo semper animo agnoscent, ac pro viribus demereri conabuntur, sed & obligant se ac firmiter promittunt, post liberatam, salvatamque ita Civitatem, quidquid ratione juris praesidi in Antiprojecto continetur (salvis ceteris in rebus, privilegiis & libertatibus) Reip. Batavorum se promptè tradituros. In cuius rei fidem sigillum Civitatis hinc subimpressum est. Monasterij die XVII. Septembris M.DC.LX.

55. Quibus cum plura admiscerent praesentes Legati; extemplo Gelri Urbis libertatem decernunt. *Monasterium* esse armatâ antemurale Provinciarum; offerri jus praesidij; plures adhuc favores posse tractatibus obtineri; & imprimis libertatem Religionis. Haud diutiùs curant. Etandum; armatâ, festinâque manu obfatione Civitatem solvi oportere. Idem Frisij ac Groningani sentiebant. Nec discorde erat *Transsalania & Ultrajectum*. Addebant *Zelandi*, fiducia Provinciarum in eas angustias dilapsos Monasterienses, in tempe-



tempestivè succurratur, sanguinem eorum à Rep. aliquandò repostum iri. Ita Provincias sex Monasterio suffragantibus, Hollandia, quæ omnem belli fomitem studiosè declinabat, sola fluctuabat; nec posse, ajebat, bellum decerni, nisi Provinciarum omnium conspiratione atque consensu.

Princeps eorum non ignarus, ut contra quemvis insultum muniret se, fœdere ante biennium inito *Francofurti*, quod hætenus respectu Austriacorum protraxerat, ocyùs confirmato, & expeditis variè Legationibus Cæsaris, Regum, Principum, sed inprimis Superùm opem implorat. Partitione inter Dicecesanas Religiosorum familias institutâ, singulis quoquo mense diem destinat, quo virtutum officia, piâsq; tunc actiones, intentioni suæ consecrant. *Coesfeldia, Bilderbeka, Stromberga, Telgeti*, (quæ loca miraculis nobilitata, religiosius selegerat) diversi stipendia sacerdotibus largitur, qui sacris isthic quotidie operentur; ac largas etiam eleemosynas in pauperes Dicecesanos clam profundit. Apud Imperatorem *Furstenbergius* morabatur. Lutetiam Parisiorum abeunt *Matthias Smisingius* ædis summæ Thesaurarius & *Wernerus Zur Muhlenus* Juris Consultus. In Angliam Alegat Baronem *Wilichium Winenthalij* Dynastam *Cancellarium*. Ad Hispanum Belgij Governatorem *Vredenius* mittitur Pro-Tribunus. Cum Principum

*Sola  
Hollandia de-  
clinat.*

56.

*Econtra  
munit se  
Prin-  
ceps.*

*Fœderi-  
bus.*

*Preci-  
bus ad  
DEVM*

*Legatio-  
nibus in  
Austria,  
Gallias,  
Angliâ,  
& aliis.*



1660.

496 CHRISTOPH. BERNARD.

sociorum Legatis agebat *Fridericus Smis-  
singus* Eques Melitensis Francofurti Com-  
mendator.

*Et au-  
xilia un-  
dequaq;  
prompta  
offerun-  
tur.*

Nec divina certè auxilia, nec humana  
defuere. Adeo quippè nemo suas deside-  
rari partes voluit, ut ferè certatim omnes  
suppetias offerrent. Emicabat Cæsaris *Leo-  
poldi* sollicitudo, commissas *Friquetio* ca-  
ras in Comitum-Haga, & Legionum flui-  
dia in obsidione continuantis. *Ludovicus*  
*quartus decimus* Franciæ Monarcha An-  
chistratego *Fabro* jubet parari justum mi-  
litem, & si res ita postulet, Præsuli *Wes-  
phalo* in auxilium properare. Magnæ Bri-  
tanniæ Rex *Carolus secundus*, humanitas  
*Christophori Bernardi* in se pronup-  
exulem laudatâ, aliquot offert ceu antidotum  
Anglorum centurias, qui ad reliquos unum  
Monasterium cingant, & si qui libidine  
fortè liberatores velint occurrere, primi  
in acie locentur, ut irrupturis sese objici-  
ant; ac præter spem lacesciti, ne nihil se-  
riò agere videretur, sentiant injuriarum vin-  
dicem *Carolus Regem. Confederati Princi-  
pales Rhenani*, uti viciniore, ita promp-  
tioribus auxiliis quæcunque mala præver-  
tere satagebant. *Maximilianus Henricus*  
*Octovir Coloniensis* *Itelium Fridericum*  
*Roestium de Weersa* Tribunum, qui Cæsaris-  
Insulanorum Gubernator erat, obstinatò  
submitit; & mox à *Philippo Guilielmo*



*lielmo* Neoburgico Duce Lotharius *Töllerus* peditum Chiliarchus, & *Matthias Nagelius de Gaul* equitatus Instructor, cum insigni equitum, peditumque manu subsidio destinati. Ac tempestivè aderant *Moguntini ac Trevirensis* Electorum copix auxiliare. Miles ita quotidie numerosior quaquaversum per itinera circumfusus, & viarum anfractus, & vicinas arces *Lutkenbecam, Nevinckhovam, Wilckinghegam, Dycksburgum* ac plures domos, ceu propugnacula, munitas non minus, quam Urbem arctius observabat.

Alterà dein loricà, quam sexcentæ <sup>57.</sup> agrestium operæ brevi perficiunt, Civita- *Loricà* tem Princeps arctate, ut sicut prior obfi- *propio-* dentibus erat sepimento, ne palatum ex- *re Urbs* current, aut ab exteris forsan aggressori- *cingitur.* bus impeterentur; ita novo cinctos ambitu, liberiore posthac evagatione obsessos prohiberet. In pratis etiam suburbanis Fortalitium *Marianum* inter & *Nevinckhovam* (Nobilium *Kukelsheimiorum* arcem) novo aggere secatur, firmaturque *Alpha*; ut laxatus supra Urbem amnis hoc *Alter* loco retineretur, atque ita stagnantium in- *agger* tra moenia aquarum inundatione, faciliùs *infra* domicilia mergerentur. Propiùs portam *urbem* *D. Ægidij* suggestum erigunt, muniuntq; *Alpha* grandioribus aliquot machinis; non tam *objectus.* ut Civitati noceant, quam continuato per



1660.

498 CHRISTOPH. BERNARD.

hiemem gelu, earum vibratione terreant oppidanos, ne concisâ stricti fluminis glacie, viam disturbent obsidentibus, aggressi-  
nem tentaturis.

58.  
*Eruptio-  
nes &  
Velita-  
tiones.*

Hunc ut everterent Monasterienses, ipsâ *Divo Victori* sacra die sub crepusculum matutinum improvise magno numero erumpunt. Sed proditi mox ab excubitoribus, læsâque inter pugnandum Ductoris tibiâ (is paucis ante diebus à Principe desciverat) omnes cum eo terga vertunt, seseque intra hortorum latebras, seseque abdunt. Cæsareani, quorum tunc excubix erant, auspiciis *Baronis Eltzij* fugientium turbam ultra molarios colles insectantur. Et equite per vias & campestria hostem inquirente, adeò ingens decertatio fuit, ut dato licet receptui signo, vix à pugná revocari potuerit incallescens miles. In objectas è mœnibus turmas continuè tormentis fulminatum est. Ea clade discerpi equus unus, & bini equites; tresque gregarij, & ex his duo, primâ aggressione læthaliter sauciati æquante penes obsessos caesorum, læsorúmque numerum fortunâ.

Die verò secundâ Novembris infelicis pugnarunt Urbani. Dum enim in novum aggerem, stationemque *Nevinckh-vianam* impetum meditantur, fortè fortunâ supervenit *Wilichius* Castrorum Praefectus, & *Nagelius* Chiliarcha, operis progressum



1660.

gressum lustraturi. *Wilichius* mox pedes militem præit, dexterâque ensẽ tenens in hostem ducit, persequiturque, donec in fugam actus relictis triginta bombardis ac tympano, quã datã viã ad tutiora ponẽ Urbem se recepit. Cũque *Wilichius* interim ac *Nagelius* immisso equitatu circumgredi terga fugientium jubent, magno ardore concursum est. Eorum tandem Ductor *Nubelius* sub-Centurio & facile viginti aut cecidẽre aut gravi vulnere affecti sunt. Militia Principis septem numeravit fauciatos, & post enectos duos equites, Joannis Adriani *Reckij* nobilis, & magnæ spei adolescentis casum vehementer luxit.

At jam antè, vectores ac vehicula, quibus impedimenta Legationis *Friso-Batava* 59. *Vectores* Monasterio in Gelriam deportata erant, dum *Legatio* revertuntur, stationarij interceptẽ. Quod *nis Batava* fidem pro eorum securitate stipulati, ita *va in-* violatam supramodum Legati dolerent, *tercepti.* eorum interpellatione Uniti Belgarum Ordines, datis ad Principem litteris, dimitti captos postulabant. Verum Princeps, negatã libertate vectores respondit baiulos fuisse chartarum, quas obstante interdicto in Civitatem perferre non licuerit; sed & præterea cognito annonæ defectu, optione liberã, maluisse ruri saturos, quam famelicos intra moenia hospitari.

Aitze



1660.

60.

Episto-  
lium Se-  
natus  
Hagam  
missum.

Lator  
capitur.

Aitzemanus interim Laconicas haec Hagæ-Comitis accipit, jussu Senatûs ante diem quintum Idus Octobris Monasterii exaratas. Quâ possumus contentione et studio rogamus, huc ut supplicia inferantur; laboret, instet, urgeat, ut fiat etatur Hollandia, & Civitas liberetur. Credita sunt Legatis, qui fuerunt hic arcana, quæ haud dubiè revelârunt. Porta patent. Quidquid spei sit, cum latore expectamus. Is verò dum Monasterium reditat, novitate loricarum falsus cæpit deviare aliquantisper, ac dein notat infelicitate undique itineribus vix posse excubitorum manus declinari. Simulato igitur mercatore (nam ita quòque compositus erat) Nevinckhovianam stationem rectâ petit, et tabacum, gratam militi herbam nundinat. Fraudem detexit pretij vilitas. Nizzevius, qui arci præerat, Hispanorum militiam annos complures secutus, nec rursus istarum artium, facillè veritatem extorquet. Fessus Tabellarium, Wolbecam captivum ducitur. Examinatus diu negavit quidem sibi litterarum aut responsi creditum esse; nec minis adigi potuit, ut fateretur. Blanditiis tandem inductus Wiedenbrucki noxæ condonationem, vitamque pollicentis, profert scedulam, quam secretioris parte corporis absiderat. Quæ cum notis arithmeticis esset exarata, haud aliud pro-



1660.

didit argumentum, quam ipse panderet la-  
tor, notâsse scilicet, Batavorum plures in  
auxilia Civitatis pronos, alios verò tardio-  
res. Nihilominus infensus Civi miles, su-  
spendium urgebat; nos verò datam fidem  
causati, à Principe obtinuimus, ex pro-  
tracto primùm leni carcere, veniæ occa-  
sionem ac vitæ postea longioris.

Et vix à  
suspension-  
dio libe-  
ratur.

61.

Dum prior ita Tabellarius non rever-  
tit, exeunte Octobre alterum expediunt, qui  
Kalendis Novembribus Hagam ingressus Civita-  
has ad Aitzenianum litterulas pertulit. *In* *tis* *litte-*  
*extremis constituti angustiis implora-* *ra* *in*  
*mus & obtestamur, Celsos ac Præpo-* *Hollan-*  
*tententes Confœderatarum Provinciarũ* *diam*  
*Ordines, ut sanctis toties promissis con-* *missa.*  
*venienter, reipsâ tandem liberent ago-*  
*nizantem nunc Civitatem. Ferant, ro-*  
*gamus iterum, sponsam opem, nec diu-*  
*tius moras nectant; hostis namque, in*  
*dies singulos manibus propior, arctius*  
*Urbem stringit, & nos cum inopiâ ne-*  
*cessariarum rerum omnium conflictamur.*  
*Aderit indubiè Numen tam piis*  
*conatibus: applaudet universus Orbis:*  
*Ordines ipsi æternum sibi nomen com-*  
*parabunt. Vim & injuriam patimur,*  
*lite scilicet pendente. Porta patebunt.*  
*Obsecramus, laboret strenuè & nobis*  
*significet, quid sperare habeamus.*

Priusquam verò nuncius is in Hollan-  
diam



diam advenerat, longâ *Aitzemani* cunctatione, & Legatorum, qui Monasterij fuerant, ad nuncio sollicitati Ordines, licentes ad Principem & Civitatem expediverant, quibus arma dehortantur & utriusque parti compositionem suadent ad *projecti* normam; unâque Principem rogant, præsentibus Tubicini liceat istius argumenti epitola in Civitatem inferre. At Princeps, excusato mox Tubicinis transitu, quem negabat, armorum jure, posse concedi obtestatus, multò ipse vehementius responsione sui Ordines dehortatur, ne se implicent in prorsus alienæ. Id novam Reip. despectionem interpretatus *Aitzema* in tempus magis opportunum reservat, nunc verò *Tabellarium* cum decreti apographo, quod antè diem tertium Kalendas Novembris in Ordinum censessu latum erat, Monasterium redire jussit. Sed misellus ille priori longè infeliciores fuit. Nam redux à milite interceptus, nec semel subjectus quæstioni, & molari demùm trabe ante moenia suspensus, laqueo vitam finivit.

Et hunc emansorem demirati Monasterienses (necdum enim illius captivitas innotuerat) omnem ferè nunc, de cognoscendâ Batavorum voluntate, certitudinem desperabant. Interea verò crescente in diem penuriâ, crescebat etiam expectatio suppetiarum. Offert se tandem ultro eques,

*Tabellarius is capitur & suspenditur.*

62.  
*Tertius expeditur.*



equus, ut apparebat non tantum fortitudine & solertiâ, sed & peritiâ viarum reliquis major. Is certò addicit se litteras in Hollandiam perlaturum, redditurumq; tutò intra breve tempus, quidquid responsi foret. Laudant operam, fidemq; ac lautè cœnatum quindecim, ni fallor, imperialium viatico, atque hoc instructum epistolio Hagam Comitum amandant.

*Tertius nunc excurrit mensis, quo Cum non promissum tam religiose præsidium frustra expectamus, quod si propediem non adfuerit, de nobis, actum erit. Nec usquam sanè, nec unquam Confœderati Ordines factum excusare poterunt, ita nos eorum culpâ si pereamus. Facili quippe negotio servare nos possunt; & citra ullam Cesaris vel Imperii offensionem, imò cum gloriâ Provinciarum immortalis. Urgeat salutem nostram, quemadmodum extrema necessitas, data fides, amor proximi, & ipsa id ratio exposcit. Nec enim antè Episcopus cessabit nos persequi, quam vel fame enecârit, vel vi suppressit. Quapropter curret quam potest diligentissime, ut certiores reddamur, quid porro nobis de eo sperare liceat, quod nuper Ordinum Legati tam sanctè coram stipulati sunt. Ex tribus Tabellariis ad vos missis rediit nemo. Impossibile est, ut Resp. nos a se-*



1660.

rat absq; ignominiâ sui, aut fidem nos  
seruet subsq; exitio nostri. Agat quæ  
solet fide & industriâ, ut presentia tan-  
dem mala terminentur.

63.

Hanc  
Principi  
prodit.

Eques ille ante menses circiter duos  
in Castris militarat; utque specimen da-  
ret fidei, fortitudinisque, clam locutus  
cum Nagelio, postulârat occasionem.  
confestim homini author fuit, ut simul  
defectione Civitatem ingrederetur, adju-  
geretque se equitatu urbano, traderet  
*Perannium*, istis diebus perfidè pro-  
gum, inter irruptiones, vel captum ve-  
neci. Eâ hætenus opportunitate frustra-  
tus, ut primùm nunc Urbe egressus est,  
*Nagelium* convenit. Indè ad Principem  
Câstra tunc casu lustrantem illicò ducto  
epistolium, è fistula sclopi minoris (quæ  
abdiderat) dextrè exertum demissè offero.  
Princeps, laudatâ fide, ac duplicato sta-  
tim triginta imperialium viatico donatus,  
sponsòque redeunti præmio multò aucto-  
re, in Hollandiam dimittit. Tertio Idibus  
Novembris creditam sibi chartulam *Air-  
zemanæ* Hagæ tradit. Et quanquam  
omnem is lapidem movebat, ut aurum  
Batavorum aucuparetur, Monasteriensibus  
faventiozem, cum tamen id nullo posse  
ingenio obtinere, decretum Reip. Equi-  
reddit vigesimâ nonâ Octobris sub hæc  
formâ latum.



*Expensis precibus favore Monasteriensium ab Aitzema Patrono toties iteratis, decretum est, nihil spei ab hac Rep. Monasterio superesse, nisi projectum amplectatur.*

Et privatâ ipsius pagellâ Monasteriensibus suadet projecti acceptationem, si quidem ab Ordinibus opis aliquid exoptent. Id ipsum sentire; & ita consulere fautorem Civitatis Principem Nassovium Frisîæ Governatorem. Præstet namq; aliquam habere Remp. quam nullam.

*Uti & respon-  
soriam.*

Eques istâ papyro oneratus præproperato itinere Westphaliam relegit, ac denuò Principi se sistit præsentem. Cui inprimis gratum fuit Ordinum decreto, hætenus arcano erudiri. Sed ut dolum faceret Monasteriensibus, fortè non inutilem, acceptâ forfice postremam decreti lineolam (quæ verba hæc, *nisi projectum amplectatur*, speciatim continebat) tantâ resecat dexteritate, ut nihil fraudis notari posset, nec ex reliquâ decreti summâ Civis aliud conficere, quam desperatum nunc esse omne ab Hollandis auxilium. Pagellam *Aitzemani*, quod ignotis characteribus exarata esset, Ordinum sententiâ contentus, intactam reliquit; & equitem liberalius donatum, amplisque lactatum promissis, si parem in posterum constantiam probaret, in Civitatem liberum dimisit.

*Quam  
Dexterè  
resecat.*

Cives avidè redeuntem excipiunt, inque domum

K k

domum



1660.

In Ur-  
bem per-  
fert.

506 CHRISTOPH. BERNARD.

domum Senatoriam è vestigio ductum, tan-  
tò benigniùs, lautiùsque habent, quanto  
mulata viarum difficultas, vitæ periculum  
perpeffum frigus, perduransque adhuc lassitudo,  
hominis figmenta, majorem promereri humanitatem videbantur. Circumspicitur  
passim, & ut quisque cupidus erat rerum  
Batavicarum, Equitem variè demulcerent.  
Ipse verò continuatâ secreti simulatione  
quamvis non obscure indigiteret lausta,  
quamdiu multorum cupidinem sustentaret,  
donec è minoris sclopi fistulâ, creditur  
papyrum operosè profert. Displicuit illi  
Ordinum mens; nec minùs, post explicatos  
characteres, consilia Aitzemani amplexum  
*projecti* denuò suadentis.

64.

Civium  
consternatio.

Erant in Urbe non pauci, quibus ea cum  
Batavis amicitia tractatùsque jam pridem  
improbabantur; rati consultiùs futurum,  
si quaesitâ popularium interventu concordiam,  
Principis gratiam præhaberent. Sed alij,  
qui desperatâ reconciliatione sibi metuebant,  
nunc Principis sævitiam, nunc Provinciarum  
benevolentiam extollendo, tractis eâ susurratione  
in partem animis plurimorum, faciliùs prævaluerunt.  
Ex his autem novis, quæ nunc è Belgio adferebantur,  
nata consternatio, Civitatem diè aliquot  
suspensam habuit. Verùm ut in spem pronæ sunt  
periclitantium mentes, fiducia Batavorum  
subindè erigebatur.

Fortè



Fortè fortunâ per eos dies dabatur oppor-  
 tunitas Wesaliam scribendi. Nonnemo  
*Marlius* Jurisperitus isthic habitabat. Huic *Marlius*  
 committunt, ut ipse Comitum-Hagam *jurispe-*  
 properet, exorètque cum *Aitzemano* ab *ritus*.  
 Ordinibus opem, & duobus, tribusve ex  
 Ordine Senatorio diploma procuret liberi  
 comeatûs, ut liceat concordiam in Hol-  
 landiâ tractare; simul ac epistolam cre-  
 dunt ad *Aitzemam* proferendam: cujus  
 hæc ipsa verba erant.

Accepimus & cum summâ tristitiâ le-  
 gimus extractum decreti vigesimâ nonâ Civita-  
 Octobris lati. Quia verò precipue tua & tis novas  
 statuum Generalium littera ab Episcopo Hagam  
 intercepta sunt, nec nobis possibile, quen-  
 quam e gremio nostro emittere, Doctori  
 Marle vicino commisimus, ut Te humanis-  
 sime salutet, & de statu nostro inquirat,  
 rogantes fidelem, constantemq; operam  
 nobis impertiri dignetur ulterius; quippe  
 durissimum, iniquissimum, & sanguineis  
 lacrimis deplorandum censemus, si hæc  
 Civitas, pace & bello famosa, tot avitis  
 privilegiis clara, per projectum nobis in-  
 auditis conceptum, quod certè nec pactum,  
 nec mutuus contractus haberi, minus effe-  
 ctui dari potest, facto Ordinum Genera-  
 lium, in turpissimam & perpetuam servi-  
 tutem redigi debet. Episcopus non semel  
 dixisse fertur. Ordines vel me, vel Urbem



decipient. In Nos, pro dolor! fors illa  
 cecidit. Vox populi est. Et sane, quod ab  
 gravi & injustissima injuria denegari  
 non potuit, audiri debuimus, nec innocen-  
 tes nec inauditi, uno projecto condemna-  
 ri. At vero, si necdum arctiora à Casarum  
 mandata advenerint, nec propinqua  
 eorum affulgeat, ut primum de eo certum  
 res facti fuerimus, mentem nostram  
 projecto finaliter & sine mora aperiemus  
 petentes ut, si fieri possit, saluus con-  
 stet pro uno, alterove ex Ordine Nostrum  
 ad vos deputando ad tractandum &  
 transigendum super projecti contentis, per  
 Ordines vel Residentem Casaris, ab Episcopo  
 obtrineatur. Interim via ad hoc  
 aperta ibidem conservetur; nec nocent  
 si fors hic cum Episcopo nos tractari  
 spergeretur. Optarem quoque scire tenorem  
 litterarum Ordinum, aliarumque  
 interceptarum. Valeat & faveat constanter.  
 Decima tertia Decembris. Signatus  
 Hollandius P.S. Scribatur quoque Viennam  
 ut urgeatur apud Casarem.

65. *Eius & Aitzemani sollicitatio.* Has Marlius Hagam ipse perfert, & impigre una sollicitate effectum argumentum. Nec passus suas Patroni partes desiderari Aitzema, cum fasce litterarum Monasteriensium compita pererrans, singulos Provinciarum, & imprimis Hollandiae Proceres salutat. Quae pridem ab Urbe beneficia Reip. oblata



oblata erant, largè repetit, & secretioris etiam instructionis potestate liberalior, complura superaddit. Nunc objicit *Urbis calamitatem*, & eo quidem angustiarum unius Reip. fiducia devenisse. Considerent per *DEVM* promissa, publicà fide, toties tam religiosè confirmata. Moveat privata *Statùs*, & communis ratio commerciorum: aut certe ingens *Provinciarum iactura*, quam imminens post se trahet *Monasteriensium servitus*, myriadem, credit, nummorum, quanta damna! uni *Amstelodamo*. Indè conversus ad *Christophorum Bernardum*, attollit Reip. despectum ex repudiata non semel interpositione, contra morem *Principum, Regumq;* pernegato *Tubicini transitu*; modicà presentium nuper *Legatorum veneratione*; continuà *litterarum acrimonià*; & quæ id genus plura erant, execrationis, odii que in *Principem* struendi adjumenta. Profectò non debere potentem adeò *Remp.* ista pati. Generosam fuisse *Ordinum mentem* Anno nuper *quingagesimo septimo*, quando obsessam tunc *Urbem* cum *Orbis applausu armata liberavit*. Hanc innovari, & festinatò quidem oportere. Unam hodie præsto esse *Reformatis opportunitatem*, & *fines Regionis, & Religionis dilatandi*; cuius neglecta, foret aliquandò, ut *Remp.* seriùs pæniteret. Ipsa plebs



1660. submurmurare viſa, deſeri ſociam Urbem & eam præteriri occaſionem, qualis vix unquam eſſet reditura, communi cauſæ patrocinabatur.

66. At verò *Brabeckius*, ut erat ab ingenio & arte promptus, *Aitzemani* conata faciliſſe explodebat. Et qui Francofurti agebat Confœderatorum Regum ac Principum Legati, minaciter Reimp. conjunctim hortabantur, rei ſolum ad Imperium pertinenti ne ſe involveret, niſi Reges ac Principes ſuos, Monasterienſis Epilcopi ſocios ultores mallet, arctâ fœderis lege ad id obligatos.

*Weimannus*. *Weimannus* Clivæ Cancellarius Electoris Brandenburgici Ablegatus, & advertendis ipſe Ordinibus dexter, inter extrema aut liberandæ Urbis, aut deſerendæ, poſterius ceu tutius non unâ de cauſa præſuadebat. *Jacobus* Auguſtus *Thuannus*. *Meslæi* Comes Chriſtianiſſimi Regis ad Batavos Orator, nunc Weſtphali quoq; Preſulis, ceu Regis ſui cauſam, jure ſocietatis mirificè tuebatur. Et opportunè *Borelinus* Batavorum in Francia Legatus, litteris idem confirmabat, imò & *Fabrum* Polemarchum à Rege juſſum eſſe, qui cum auxiliariis in Weſtphaliam properaret. Nec minùs calidè Parisiis nunciabatur per eos dies dixiſſe Rex, neminem mirari velle, ſi forſan exercitui Principis Monasterienſis præeuntem brevi viderent Franciæ Mareſchallum. Ita Regum

Et conſpiratio Fœderatorum



Regum ac Principum conspiratio, & ipsius  
*Christophori Bernardi* solerter id com-  
 ponentis, inque singulos dies coacto sub  
 manu milite potentioris excrescens autho-  
 ritas, distraxit animos Batavorum, ut Pro-  
 vincia omnes, quantumcunque in armatam  
 Monasterij liberationem antea proclives,  
 mutata mente, vix aliud concluderint, quam  
 epistolâ velle hortari Cives, ut *profectum*  
 amplectantur, ac simul rogare *Friquetium*,  
 ipse ut *Christophorum Bernardum* huma-  
 niter flectat, ne *Tubicinem*, designatum ad  
 Urbem Reip. *Tabellarium*, denuò remo-  
 retur.

torum  
 Princi-  
 pis.

Batavos  
 diver-  
 tunt.

Apud *Westphalos* interim die octavâ  
 decimâ *Decembris* repentina tempestas, quâ  
 vix unquam alia violentior hisce locis visa  
 est, non modicam *Dicæcesi* stragem inflixit.

67.  
 Tempe-  
 stas in  
 West-  
 phalia.

Immensas extirpabat arbores, lacerabat te-  
 cta, sternebat domos, & aliquot turres mo-  
 lasque evertit. Indè ad prætoria *Castra*  
*Æolo*, *Neptunòque* certantibus, superior  
 agger vitium passus est. Retinendis namq;  
 aquis impar, ventorum, fluctuumq; vehe-  
 mentia, partem ruptus, multis undis elaben-  
 di viam fecit. Et nisi fatiscenti alveo sex-  
 centis operis noctem, diemq; se objecisset,  
 reparassetque *Wilichius* *Castrorum* Præfe-  
 ctus, fracto quaquaversum aggere, tota fa-  
 cilè moles Civitatem hausisset. Ut profectò  
 sæpè postea fassus sit *Christophorus Bernar-*

Nutans  
 agger.

Operâ  
 Wilichij  
 conser-  
 dus vatur.



1661.

512 CHRISTOPH. BERNARD.

us, plurimum debere *Wilichiorum* familiae Monasterienses, quod unius *Wilichio* vigilantia ab interitu, certe ab irreparabili damno fuerint tunc praeservati. Jamque *Alpha* nullo infra Urbem reperto flumine aut exitu, paulatim stagnans in tantam Monasterij altitudinem excreverat, ut cellae locaque subterranea, & humiliore situ, Civitatis aedes tumidus permearet, ac vicis, praetereaque lintrium usu navigarentur.

68.

Pressa  
Civitas.

Civitas jam dudum a penuria, & nunc a ipsius elementis, ac desperatis aliunde suppeditis quotidie angustior, ineunte jam anno supra millesimum sexcentissimum sexagesimo primo saniora cepit consilia agitare. Ad Kalendas Januarij *Coesfeldiam* emittuntur Joannes *Wichartius* Divi Lambertus Curio, & Leonardus *Helmius* e Franciscanae strictioris observantiae familia, Provinciae sanctae Crucis in Saxoniam moderator. In Castris a *Wilichio* excepti, custode equitatu (nec enim loqui cum aliis permitti sunt) *Ludgeriburgum* deducuntur. Isthic tametsi Principem non videre, in conclavi namque privato a consortio reliquorum se juncti erant, internunciis tamen actum; & quas flagitarunt liberi commearum tabulas, tam ample obtinuerunt, ut quotquot Urbis nominare vellet de pace tractaturos, iidem inferendi concessa sit facultas. Quo vero opportuniùs utrinque agi posset, diem Principis

Duos ad  
Principem  
emittit.



ceps dixit & locum, vicinam Monasterio  
Wolbecam.

Sub hæc Batavi expediverant Tubicinem, *Tubicen*  
qui proximiori conformem Decreto, Reip. *Batavus*  
epistolam, ad Monasterienses perferret. Jam *remitti-*  
tum advenerat is Coesfeldiam; sed Prin-  
cipis injectâ dies aliquot remorâ, dum Ha-  
gam remittit, eodem commodè usus est,  
quocum felix anni auspiciam Reip. preca-  
tus, simul ac Monasteriensium postulata si-  
gnificârit, ac prætereâ superfluum esse,  
istiusmodi post hac expedire Tabellarios, aut  
involvere se rebus, quæ non eò pertinerent.

*Helmio & Wichartio* regressis Monaste-  
rium, quâ cingendus esset ovali ex merito *69.*  
coronâ *Wilichius* in horas expectabatur. *Mors*  
At præmatura mors expectationem frustra- *Wili-*  
ta est. Nam cum lentâ diu tabe conflicta- *chij.*  
tus, exhaustus tandem, pridie Idus Janua-  
rias, ipsis in Castris, & honoris thalamo,  
diem extremum clausit. Heros erat ex illu- *Eius*  
stri & avitâ stirpe Baronum istius gentis per *luns.*  
Cliviam, vicinâsq; ditiones famosæ; in Mar-  
tis scholâ sub præceptoribus *Auriaco &*  
*Melandro* educatus. Pridem Chiliarchus;  
à *Christophoro Bernardo* frequenter ad  
Batavos & aliò Ablegatus; dein Generalis  
Vigiliarum Magister, ac militiæ Præses crea-  
tus est. Muniis istis semper præclarè fun-  
ctus; tam constanter gratus Principi, quam  
militibus charus fuit, qui continuè ceu Pa-



1661.

514 CHRISTOPH. BERNARD.

trem colebant. Vir ad cæteras virtutes beneficus & prudens, militiam non virtutibus minus, quam ratione gubernabat. Nil dixisset præter orthodoxam Religionem esse fuisse. Magno luctu obitum prosequuti suspendiarij omnes. Funus in æde arcis *Dieris furti* propè *Wesaliam* Atavorum sepulchris illatum.

Surrogatur  
*Pleurenus.*

Defuncto in supremâ Belli Præfecturâ suffectus *Oswaldus Pleurenus* expertus virtutis miles. Cujus operam fidemque in expeditionibus quondam Gallo-Belgicis non semel probavit *Leopoldus* Archidux. Is in invictâ Urbe *Gelriâ*, cui ceu Vicarius præerat, à Principe nunc evocatus propriis *Calendarum Februarij Castrorum* & militiæ *Monasteriensis* curam suscepit.

70.  
*Monasterium*  
*status*  
*Principis.*

*Monasteriensibus* intereà *Wolbecam* primùm, indè *Coesfeldiam* ultrò citroque multùm comitantibus, instat, urgetque Princeps, ut tractatum finem faciant, & quas indulsit condiciones haud gravatim amplectantur, adeò quidem, ut si clementiæ suæ, pacisque cupientes sint, haud presumant redire, nisi Senatûs, Populiq; consensu acceptas probent. In via erant *Justus Maximilianus Comes Bronckhorstii Gronseldius* & *Friquetius Augusti* ad *Batavos* Abligatus. His Imperator in man-

Logatio  
*Cæsarea.*

datis dederat, ut ipsi cum Principe *Monasterienses* componerent, Cæsaris auctoritate.



tate. Quorum antè adventum, *Christophorus Bernardus* negotium Monasteriense perfectum volebat. Dies erat quartâ decima Februarij, quâ Princeps cum magnifico comitatu *Coesfeldiâ* egressus in via obvius perhonorificè excepit. Horâ & paulò ante Civitatis Delegati jussi postremùm in Ur- *A Prin-*  
*berem* redire, *Coesfeldiam* reliquerant; jamq; cipe ex-  
 conscenso montis jugo, qui *Baembergus* cepta.  
 dicitur, auditâ, quando Cæsarei *Ludgeri-*  
*burgum* ingrediebantur, tormentorum laxa-  
 tione, ducentes Prætorianos, quid id signi-  
 sit, è rhedâ rogant. In proximo fuisse, ajunt,  
 Regis Franciæ Legatum, qui ingentem auri  
 summam in auxilium Principi deserat; il-  
 lum dubio procul intrâsse nunc *Coesfel-*  
*diam*, exceptumque esse. Ea quòque re-  
 sponsio consternationem auxit; dùmque  
 Civitas in sui pariter exitium Franciæ vires  
 conspirare obstupescit, unâ cuneus fuit ma-  
 turatæ assensionis.

Post triduum, nec enim spatium majus 71.  
 indulserat Præsul, redeuntibus *Coesfeldiam* *Civitas*  
 Monasteriensium Delegatis, *Nottelena* Principi  
 (pagus est medio in itinere) jussu Principis *se dedit.*  
*Wiedenbruckius* & *Ravinus* Consiliarij oc-  
 currunt, ut si necdum postulatis suis plenè  
 satisfecisset Civitas, rejecti Monasterium,  
 redire *Coesfeldiam* prohiberentur. Nam  
 hætenùs Legationis Cæsareæ ignarus Civis  
 erat, & eâ Præsul dexteritate sustentabat  
 animos



1661.

516 CHRISTOPH. BERNARD.

animos Legatorum, ut nec ipsi factæ potestatis copiam facerent Civitati. Sed rebus ex Principis voto succedentibus postero die venire Coesfeldiam permitti sunt. In ejs enim postulata ferè omnia descensum fuit, de modo tantùm & amnestiâ adhuc laborabatur. Sed continuatis per dies sequentes tractatibus, interpositione Legatorum hæc præcipuè capita conventum est.

*Deditio-  
nis capi-  
ta.*

Principi submittantur claves portarum. Eius arbitrio præsidium excipiant Civitas, cuius stipendia ex publico Patriarario, hospitia verò Civitatis sumptu curentur. Medietas collecta molaria (*Multerstewr* vocant) sit Principis; hæc autem convento pretio redimere liberum olim Civitati. *Judicatus sendenz* (jus illi hic dicere sueverant Monasterienses) Principi transcribatur; & loco centies mille dalerorum Imperialium exsolvat Civitas quadragies quinquies mille: ita quidem, ut triginta septem millia expeditis *chi-rographis*, octies verò mille præsentè pecuniâ numerentur. Partitio fiat juxta exemplar Principis jussu conceptum. *Amnestia*, seu potius, abolitio sit quidem generalis, sed pauci excipiantur, horum in primis tumultuum auctores, quibus nulla tamen capitis pœna, sed spectatâ delicti qualitate multatio extra ordinem irretgetur. Quæ porro de politico regimine, de  
privi-



privilegiorum usu, deque antiquandis fœderibus sancita sunt, instrumenta duo, quorum alterum Princeps, alterum Civitas, quæ sequitur formâ linguâ tamen vernaculâ, confecit, satiùs testabuntur.

Nos Consules, ac Senatores, nec non Tribuni-Plebs, tribuum Magistri, & universus populus Monasteriensis per presentes notum facimus & attestamus. Cum gravem Celsissimi & Reverendissimi Principis ac Domini Domini Christophori Bernardi Episcopi Monasteriensis, S. R. Imperij Principis, Burggravi Strombergensis & Dynasta in Borculo, clementissimi Principis & Heri nostri offensionem incurrimus; quod exterorum Magnatum & speciatim Confœderatarum Belgij Provinciarum, protectionem & opem, prætextu Hanseaticæ societatis, tum litteris tum Legationibus sollicitare, usq; arctiori fœderis nexu obligare nos moliti, ac plurimum insuper erratorum incusati simus: Et eapropter Celsitudo sua tam sui, quam auxiliaribus sacra Casarea Majestatis, aliorumq; Electorum ac Principum copiis, Civitatem & Nos in nonum usq; mensem ita anguste cinxit, strinxitq; ut viam delegerimus, vero submissionis obsequio, in Celsitudinis suæ ceu Principis & superioris nostri gratiam redeundi. Et quoniam ex continuatis hucusq; tractati-

72.  
Instru-  
mentum  
Submis-  
sionis.

bus,



bus, & obmotarum imprimis ab Illustrissimis Legatis Casareis Domino Justo Maximiliano Comite de Gronsvelt, Bronckhorst, & Rimborg, Sacra Casarea Majestati à Consiliis Bellicis, ac Campi Marschallo, & Domino Joanne Friguetio Sacra Casarea Majestatis Consiliario & in Comitum-Haga Residente, gravissimarum rationum pondere facili negotio colligere licuit, non posse nos pristina benevolentia restitui, si non omnes ante ac singulatum in Provinciis, tum in ipsa Haga sollicitas pactiones, oblationes & obligationes nostras, qualescunq; & cuiuscunq; nominis fuerint, non solum in optimâ formâ revocemus, retractemus, irritemus & annullemus, sed etiam de futuro nos obligemus ac stipulemur, neq; nos, neq; posteror nostros perpetuis futuris temporibus exterorum huiusmodi, aut vicinorum auxilia vel societatem unquam sollicituros, neq; permissuros, ut alij nostro nomine sollicitent, multò minus acceptaturos, verum legibus Imperii & patriis convenienter & uti fidos, obedientésq; subditos decet, posthac victuros esse. Idcirco Nos usitato more in Curia ad hoc convocati & congregati, animo bene deliberato, motu proprio, & quâ potest fieri efficacissimâ iuris viâ, omnia & singula pramemorata, & quaecunq; sive Haga-  
Comit-



Comitis, sive in aliqua Provinciarum, aut  
domi aut foris, à nobis acta & gesta de-  
creta, vel statuta sunt, per presentes cen-  
invalida, irrita & nulla revocamus, re-  
tractamus, annullamus & renunciamus,  
ac nos, posterosq; nostros obligando pro-  
mittimus, neq; à nobis, neq; ab iis, nec ab  
alio quopiam vice nostrâ, ulla posthac vel  
auxilia, vel fœdera, sollicitatum, multò  
minus admissum, aut istiusmodi conata  
porro tentatum iri. Quem in finem reve-  
camus etiam omne mandatum, potesta-  
tēq; Leoni ab Aitzema nostro Haga-  
Comitis Procuratori alias concessam, ac  
promittimus persimilibus in posterū man-  
datis supersedere. Atq; hac non modo sub  
hypotheca bonorum & fortunarum no-  
strarum, sed & sub pœnâ amissionis iu-  
riū ac privilegiorum omnium, ita qui-  
dem, ut in casum contraventionis viâ exe-  
cutivâ eque contra nos procedi possit, ac  
si paritoria, qua nuper à Casare sub pœnâ  
banni adversa Nobis, decreta est, reapse  
publicata & effectui data esset. Pari modo  
nos obligamus ac promittimus, non tan-  
tūm prænarrata, sed & quidquid Celsitu-  
do sua in expedito, sub dato eodem, abo-  
litionis ac remissionis diplomate, quod  
humillima cum gratiarum actione obe-  
dienter acceptavimus, publicâ fide & in  
vim corporalis juramenti, quoties Celsi-  
tudine



1660.

tudini sua, eiusq; Successoribus visum fuerit etiam innovandi, quâ subjectos deum fide devotione & obedientia integre servaturos. In quorum fidem sigillum nostrum presentibus subimpressum est. Anno Salvatoris nostri millesimo, sexcentesimo sexagesimo primo, die vero vigesima Martij, qua erat divo Ludgero sacro Ex mandato. Bernardus Hollandicus Diploma verò abolitionis, cujus priores litteræ jam meminerunt, sequens fuit.

73.  
Diplo-  
ma abo-  
litionis.

Nos Christophorus Bernardus DE gratia Episcopus Monasteriensis, S. R. Imperij Princeps, Burggravius Strombergensis, Dynasta in Borculo &c. tenore presentium ad universorum notitiam adducimus. Etsi Consules ac Senatus, non Tribuni-Plebis, Tribuum Magistrum & universus populus Civitatis nostre Monasteriensis, tam contra sacras Imperiales leges, & diversa Concilij Imperialis ecclesiastici decreta, rescriptaq; inhibitoria, ac eorq; in ipsius sacra Casarea Majestatis contemptum, sollicitatis inexcusabilis suppeticis exterorum, quam variis in Deum seu Legitimum Principem ac superiores suum modis adeo graviter deliquerint, ac severius equidem in ipsos animadvertere possemus. Quia verò per Delegatos suos sufficiens ad hoc mandatum habentes, millimè noxam deprecari, simulq; pro



ac posteris suis sanctè stipulati sunt, in fide, devotione & obedientia in posterum perpetuo se constantes fore, ac præterea renunciârunt, & annullârunt, quidquid occasione huiusmodi sollicitationis & implorata opis externæ actum, factumq; fuerit, uti ipsa retractationis litteræ sigillo Civitatis munita ac Nobis extradita latius testantur; Hinc Nos inducti tandem sumus, ut animo verè paterno, clementiam rigori anteponamus, atq; idcirco pro Nobis ac Successoribus nostris Episcopis Monasteriensibus clementer ac benignè declaremus, quod prædictos Consules ac Senatam, nec non Tribunos Plebis, Tribuum Magistros, totumq; populum ac militares etiam personas, conjunctim ac divisim (paucis duntaxat exceptis, qui postea nominabuntur, & ob specialia delicta non quidem capitis, sed postquam legitime convicti fuerint, aliam pœnam luent) in gratiam recipere, omnibusq; ac singulis præmemoratis, quidquid errati commissum est, clementer ac paternè remittere velimus, prout eosdem hisce re ipsâ in gratiam recipimus, & omnem omnino offensam ac pœnam remittimus & condonamus. Quem in finem dictis etiam Consulibus, Senatui ac Consortibus ex gratia restituimus ac respectivè confirmamus, communia Civitatis & privata

Ll

singul.



singulorum, rite obtenta, & quiete  
 etenus possessa, non controversa, nec con-  
 sententia super iure praesidi ac finium  
 pronunciata, connexionem aut dependen-  
 tiam habentia, neq; per specialem ali-  
 cessionem renunciata, iura & privilegia  
 fortunae ac facultates omnes, in quibus  
 Nos veluti Princeps eosdem tuebimur  
 defendemus, ita tamen, ut & ipsi & suc-  
 cessori seu eorum posteri discreti  
 utantur; neq; Clerum nostrum crimin-  
 rium & Secundarium, in suis respecti-  
 unitatibus, libertatibus & exemp-  
 nibus, seu Ecclesiasticis ac civilibus  
 ribus & Jurisdictionibus, aut quomodo  
 alium seu in- seu extra Civitatem  
 bent aut ledant; Nobis etiam, & suc-  
 cessoribus nostris fideles, obediens  
 devotos se constanter probent, & debi-  
 tam omnem venerationem, submissionem  
 ac reverentiam perpetuo praestent. Re-  
 servamus nihilominus expresse Nobis  
 quodcumq; ius Principis, Regalia, iura  
 & jurisdictiones & eorum intuitu omnia  
 superioris inspectionem & curam Crimi-  
 nis, praesertim in casibus quietis ac secu-  
 ritatis publicae; & si quando continge-  
 ret inter Magistratum ac Domum Tri-  
 bunitiam non bene convenire; aut ipsi  
 etiam conjunctim vel seorsim animis de-  
 crepare; aut factionibus distrahi Cr-



ves; sive antiquam aliquando repetere  
 silvam, & tumultibus, seditionibus, pro-  
 ditionibus, seu quibuscunq; aliis pericu-  
 losis huiusmodi machinationibus ansam  
 præbere; Vel Nobis aut successoribus no-  
 stris seu facto seu verbo injuriam in-  
 ferre. Deniq; expresse etiam Nobis ac  
 Successoribus nostris reservamus potesta-  
 tem adscito Magistratu, politici Regimi-  
 nis & iustitia administratos ordinandi, &  
 quacunq; ab aliquo iam tempore irrepsê-  
 re novitates, defectus, ac vitia corrigendi,  
 curandiq; ut ad præcipua Civitatis  
 munia, viri honoratiores, vere Catholici  
 & Nobis ceu Principi sincere devoti ad-  
 moveantur; & è contra turbulentiores  
 & inquieti, ac Nobis seu nostris succes-  
 soribus infidi, vel contrarij, ab iis resi-  
 ciantur; demùm sollicitè saveatur, ne  
 præsentia posthac incommoda aut pristi-  
 nas calamitates denuò experiamur. In  
 testimonium veritatis hæc abolitionis &  
 gratia litteras dedimus manu & sigillo  
 propriis roboratas. In Residentia Nostra  
 & arce S. Ludgeri. Anno millesimo sex-  
 centesimo sexagesimo primo, die verò vige-  
 simâ sextâ Martij, quæ erat Divo Lud-  
 gero solennis. Christophorus Bernardus.

Hanc Divo huic venerationem Princeps 74.  
 debebat, ut ejus ceu Proto-mystræ honoris Ci- Civitas  
 vitatis submissio adscriberetur. Ergo pactis tradi-  
 ita tur.



1661.

324 CHRISTOPH. BERNARD.

Robur  
exerci-  
tus.

Delega-  
tis Prin-  
cipis of-  
ferun-  
tur cla-  
ves.

ita conditionibus alterò statim die unà cum  
Legatis Cæsareis *Coesfeldia Wolbecam* pro-  
peravit. Postridiè verò, quæ erat vigesima  
octava Martij, omnem è castris, municio-  
nibus, præsiidiis militem in campum educit.  
Dispositis longo ordine legionibus, *Hilre-*  
*pium* pagum inter & Monasterium, ac-  
stetit. Numerati *undecies mille quingenti*  
*pedites*, equites verò *bis mille sexcenti*  
Præsiidiariis ex Urbe dimissis ac dearmatis  
tormenta non castrensia tantùm, sed &  
incenibus omnia læto fragore Victori  
plausère. Dein *Pleurenus* Castrorum Præ-  
fectus & *Nagelius* Chiliarcha bis mille pe-  
dites & equites ducentos ceu neo-præsiidia-  
rios, per Divi quòque Ludgeri portam, in  
Urbem introducunt. Princeps interim in  
prædio suburbano Patrum Societatis JESU  
*Insulas* vocant, epulo lautiore Legatos ex-  
cepit. Sub tempus pomeridianum *Brabe-*  
*kius* Decanus, *Twickelius* Rheino-Bever-  
germanus Satrapa, & *Wiedenbruckius* Au-  
iici Tribunalis Præses ac Consularius inti-  
mior Civitatem subingressi in Episcopali præ-  
lato se stiterunt, iisq; ceu Principis vices  
gerentibus portarum ac turrium claves, tam  
cara pignora! à viris Consularibus oblata.  
Ab his iterum creditæ *Pleurenio* unà cum  
præsidij & Urbis Præfecturâ. Et hæc est illa  
fatalis ac præna dies, quæ Principis impe-  
rium, authoritatèmq; stabilivit, Cathedra-



lem exivit Senatum, patriam extulit Nobilitatem; Ordinem verò Civicum depressit, paucorum infaniâ, luctu plurimorum.

Hunc denique finem habuit octo mensium ac totidem dierum obsidio; in qua ex bis mille tormentorum ictibus quinque tantum prostrati. Nam equi novem, qui vel ita pariter rupti sunt, historiam non merentur, hominum duntaxat, non jumentorum fatis dicatam. Inter velitandum è primoribus tres, gregarij verò tum equites, tum pedites viginti cecidère. Et quanquam solito mitior ac nimboſa fuerit hyems, madensque inter lubrica passim æther, ea tamen fuit DEI benignitas & medentium cura, ut supra triginta non extinxerit valetudo. Cæteri suis clausi tuguriis firmare se noverant contra aeris injurias. Et ne quid deesset, supremam commeatûs curam Princeps habuit. Panis, cerevisia, avena, stramen quotidianæ necessitati abundè suppeditata. Viciniores pagi certo numero ligna advehebant coquinæ, fornacibus, clibanisque instruendis centuriatim distributa. Prædium *Jeldthauß* / quod *Osthoviorum* est, penuario destinatum. Ex eo Joannes *Wettendorffius* Camerae Secretarius, vir integer ac diligens, ceu annonæ Curator, demensum quotidie diribebat. Ita prohibitus miles, ne specie conquirendi alimenta Dicecesi molestus esset. Nec enim minùs sollicitè providit

75.

*Finis**obsidio-**nis.**Nume-**rus san-**ciorum**& caso-**rum.**Cura**Princi-**pis.*



1661.

Princeps, ut circumvallatione duplici. tam stipendiarios à pernicioso excursu, quam Civitatem aut hostem quemcunque ab aggressionem stativorum contineret. Sanè plures demirati sunt, qui Collectores exactorum per Diocesim, per Castra, per agrum viderunt palam asportare pecunias, nec unquam passos vel unius bestis jacturam.

76.  
Observationes  
curiosa.

Observatum est à curiosis, quâ tempestate *Leidanus*, *Knipperdollingus* & *Wolfransdorffis* frater, Civitatem oppugnantes, Eorum nunc Abnepotes, hac in obliuione, pari quoque numero, avitarum fuisse virtutum æmulatores. E *Nageliorum* quidem gente *Theodorum Hermannum* Chiliarchum, Satrapam *Strombergæ*, ac *Martianum* equitatus Palatino-Neoburgici Præfectum. Ex *Wolfransdorffis* verò *Henricum Mauritium* Equitem Melitensem, *Cæsareanorum* Tribunum, ejusque Germanum *Henricum Reinerum* Eiusdem Legionis Instructorum, supremum vocant Vigiliarum Magistrum. Qui in hoc Monasteriensis theatro

Laus  
militum.

Principis causam, eodem Zelo æmulati, non raro generositatis suæ specimen probarunt. Sed & *Cæsareanus* Equitum Chiliarcha *Fabri*, quod in gloriam gentis *Leodiensis* hauriri debet, non pauca etiam suæ reliquæ virtutis monumenta.

Ad



Ad hæc plura observatu digna interci-  
 derunt. Dudum prædixerat Vates quispiam  
*Tecklenburgicus*, aut bubulus, aut opilio,  
 Monasterium quandòque obsidendum, ac  
 deditum ingressuros tandem Victores, quo-  
 rum pilei floribus cerasorum redimiti forent.  
 Id decennio antè mihi narratum; & uti  
 sparsim manifestum fuit Dicecesanis, ita &  
 ante eam ætatem innotuerat. *Hassis* ac *Lu-  
 naburgicis*, qui vel propterea in spem erecti,  
 frondente ceraso, cæperant olim sed frustra  
 Civitatem obsidere. Nunc quòque per hye-  
 men delatis in hypocaustra arbusculis, natu-  
 rali caloris artificio, cerasorum flosculos creâ-  
 rant maturatæ deditiois cupientiores, quos  
 ipse ego seu possibilitatis vaticinij, seu vi-  
 cina veritatis testes, ab amicis submissos, Ka-  
 lendis Januariis *Christophoro Bernardo*  
 præsentavi. At verò hac ipsâ Martij vigesimâ  
 octavâ ita passim viruerant cerasi, ut abun-  
 dans frondium, florùmque copia prostaret.  
*Wiedenbruckius* & ipse studiosus rerum ob-  
 servator, dum manè ex arce Wolbecâ Mo-  
 nasterium cogitat, obvius Principi frondem  
 offert, *Ut adimpleantur, inquit, scriptura.*  
 Et ipse, & milicum plerique, quaquaversàm  
 in cerasos effusi, gloriæ duxerunt, si frondi-  
 bus earum, floribusque coronati Urbem in-  
 grederetur. Notatū exin quantumcūq; hye-  
 mes annis posterioribus mites fuerint, nun-  
 quam tamen visas ad diem illum cerasos ita



1661.

528 CHRISTOPH. BERNARD.

viruisse, ut hiante gemmâ flores protulerint.

Prævisiones.

Nec illud prætereundum. Obiectum pridem antè Civibus phantasma, quasi dimicantis *Hiltropium* inter & *Monasterium* aciei, ac post tormentorum, scloporumque fragorem, qui mania primi subintrarent *Auriaca* (sunt citrei coloris) signa Civitati illaturos. Id perumpentis isthac *Barvici* exercitûs, salvantisque Urbem, ceu bonum omen, hæcenus *Monasterienses* expectant. Verùm improvise secus accidit. Nam Legioni *Baronis Walpotij*, quæ paucis antè septimanis cum *Spiegelbergiâ*, æthoramento Ducis *Neoburgici*, in *Diecepsi* postremum venerat, hospitia *Warendorpij* destinata erant; dum è campo, viâ transversâ *Telgetum* movet, ut isthic eo citius sub vesperum hospitetur; *Elversfeldi* jussus sua cum Legione *Monasterium* primus insidere, rectâ Civitatem petens, vult *Walpotium* quiescere, donec ipse cum sua *maecenia* subintrârit. Id sibi, ceu seniori *Tribuno* deberi, & securitati Urbis possidendæ. Contrâ *Walpotius* nolle se, aut Legionem suam sisti, sed cceptum jam iter *Telgetum* continuare. Certantibus ita *Tribunis*, vix à duello & mutuo Legionum congressu abfuit. *Pleurenus* injectâ utrique manu, utriusque simul Legionis motum sistit, donec aliud Principis jussu statuatur. Indè ad præ-



prudentem in *Insulis Christophorum Bernardum* præproperante equo accurrit, petitque festinus, ut liceat *Walpotio* ceu propiori, præ *Elverveldio* ingredi Civitatem: Id dum Princeps subterfugit; non posse affirmat *Pleurentius* sine Legionum collisione contrarium permitti. Tandem persuasus Princeps, si cautum satis arbitretur, ne sub primum in urbem ingressum tyro miles insolecat, concedit, mandatque, ut *Walpotius* sua cum Legione Monasterium progrediatur. Qui dum portam à Divo *Ludgero* nuncupatam primi intrant, sua pariter signa, mediam partem citrei coloris explicata inferunt, probantque ipso statim obtutu, lufos in phantasmate Monasterienses, inani spe liberandæ Urbis, armatâ manu Batavorum.

At verò *Christophorus Bernardus* occupatâ nunc Civitate expeditis illicò nunciis, litterisque Pontifici, Cæsari, Regibus, ac Principibus Confœderatis deditio-  
 nem variis significat.  
 Vicissim omnes ij submissionem refragantium subditorum sine cæde, & sanguine tam feliciter partam Victori gratulantur. Quas verò dedit *Alexander* ilto nomine *Papa septimus*, ipsas lubet hic subnectere velut exemplar reliquarum.

*Venerabilis Frater salutem & Apostolicam benedictionem. Ex litteris Fratris*  
*ternitatis Tue die primâ mensis huius Pontificatus*  
*L 1 5 datis cis.*

77.  
 C. Bernardus  
 deditio-  
 nem va-  
 riis si-  
 gnificat.



1691.

530 CHRISTOPH. BERNARD.

dati non sine magno animi nostri gaudio  
cognovimus, insigni zelo & virtute Tu  
perfectum esse, ut Civitas Monasterien  
ejurato fœdere Hollandorum, presidium  
Tuum liberâ & sine ullâ conditione re  
ceperit, Commissariis Tuis portarum, mur  
riumq; claves tradiderit, ac uti par fuit  
obedientiam & fidelitatē Tibi & Ecclesi  
isti legitime præstiterit, etiam expressè  
reservatâ Tibi melioris politici Regim  
nis omnimodâ constitutione. Rem ad  
feliciter gestam Nos ubiq; post altas  
vine clementia gratias, Tibi ex animo  
gratulamur: hoc enim modo, necesse  
ipsius Civitatis quieti & securitati, no  
riumq; Ecclesia Tua defensionis, verum  
etiam Catholica Religionis in istis Regi  
nibus incolunitati, non minus pie, quam  
providenter consulisti. Porro autem  
ut consilium tam salutare magis ad hoc  
stabiliri, & fortunari benedicente Do  
mino contingat, non dubitamus, quin ipse  
curus & vires omnes impensurus eximie  
sis, eamq; potissimum Reip. formam insti  
tuturus, quo vim & auctoritatem Regi  
minis melioribus & honestioribus Civi  
bus asserat, nec apud infima plebis facere  
esse permittat; nam in huiusmodi re præ  
teritis temporibus valde peccatum esse  
non sine admiratione ac displicentiâ, dum  
isthic fuimus, ipsi planè vidimus. Præ  
sarcâ



1661.

tereà quamvis pro certo habeamus, Eidem Civitatis istius & fidei Sanctæ publico bono, carissimum in Christo Filium Nostrum Imperatorem Electum, auctoritatem & opem sponte suâ collaturum esse, in re tam gravi Nostra penes eum officia desiderari nolumus, uti distincte & explicatè magis ex dilecto filio Ferdinando Barone de Furstenberg Cubiculario nostro intimo, qui litteras Tuas reddidit, ac totius rei gesta seriè disertè profecutus est, intelligere planè poteris, Fraternalitatis Tuæ piis conatibus usq; propitium & retributorem DEVM enixè precamur, Apostolicamq; benedictionem ex omni paterno corde sanè profectam elargimur. Datum Roma apud sanctam Mariam majorem sub annulo Piscatoris, die XXVII. Aprilis M.DC.LXI. Pontificatus nostri anno septimo. Subscripserat. Florentin. Et inscriptæ erant. Venerabili Fratri Christophoro Bernardo Episcopo Monasteriensi.

Hac ipsa die advenerat Legatus Augusti Lucas Spicus, qui Wolfransdorffiam inprimis & Fabrianam Cæsaris Legiones, pluresque Principis auxiliares, in Hungariam abduceret contra Turcam. Has enim veluti tesseram gratitudinis, devotionisq; Christophorus Bernardus transcripserat Imperatori. Sub idem tempus Comitium is Salsenbergæ

78.

Princeps  
Cæsari  
auxilia-  
res sub-  
mittit.

Salsenbergæ



1661.

532 CHRISTOPH. BERNARD.

senbergæ agebat. Copiæ omnes è præfidi  
e vocata in Ericeto, *Warendorpium* Civ  
tatem inter & *Sassenbergam* arcem med  
(*Langewiesche* quasi oblonga pascua com  
pellant) septimo Idus Maij convenère,  
postquam congiaria primores, ac donativum  
milites accepissent, è Dicecesi postridie  
grarunt, ductore *Spico* in Austriam  
ductæ.

*Arcis  
Monas-  
terio  
imponē-  
da neces-  
sitate  
probat.*

*Structu-  
ram de-  
cernit.*

Distrahebat intereà Principem securi-  
tatis ac quietis publicæ, priuatæque sollici-  
tudo. Ex rerum namque gestarum monu-  
mentis liquebat, singulis propè seculis seditio-  
siosos fuisse, suisque adversatos Principibus  
Monasterienses. Accusabant non pau-  
cè Prædecessorum incuriam, qui subjugatâ  
pæpibus Civitate, præsentibus vixerant contenti  
sinè curâ posteritatis. Néque clam argue-  
batur Francisci ex Comitibus de *Waldeck*  
Episcopi Monasteriensis indulgentia, quod  
post sedatos furores Anabaptistarum, arcem  
domandis in posterum turbis à se extructam  
demoliri postea, Urbemque Civibus restitui  
jussisset, unâ, uti volunt, Cathedralis Colle-  
gij adversitate laceffitus. *Christophorus  
Bernardus*, qui Prædecessorum incommoda  
ex annalibus, & ipse experimento sua didi-  
cerat, ut hujusmodi posthac difficultatibus  
liberaret Successores, tutam iis, tranquillam-  
que sedem firmare meditabatur. Arcis igitur  
structuram decernit ipsius etiam volun-  
tate



tate Capituli Cathedralis ita seriò firmatam, ut si absolutâ necdum mole præmori *Christophorum Bernardum* contingeret, ad continuandum, perficiendumq; opus Successorem obligaret. Tam enim quieti necessariam, quàm utilem Principatui unanimes sentiebant. Præstare namque tumultuantium aliquando forsan animorum cohiberi pruritus, & intra honesti, rectique limites civem contineri unius arcis beneficio, tolerabili paucorum centenorum præsidio munitæ, quam millenis continuò militibus conservari Civitatem, & eorum sustentatione immensum gravari Dicecesin.

Intra ipsas ferè portas hætenus cludebatur Urbis Jurisdictio; quodq; suam mœnibus propè conterminam, possideret Collegium Cathedrale, non infrequens olim nec unius altercationis causa fuit. Hanc ut tempestivè Princeps è medio tolleret, isto præsertim tractu Castri fabricam moliturus, transactione conventum est, ut stas intra palos finibus jurisdictio circum Civitatem extensa, Principi, & contra Collegio Cathedrali transcriptus sit Judicatus *Sendena*.

Rebus ita compositis arci locum designat aream, inter Judefeldianam & Beatæ Virginis portas, eversis isthuc ad asperum usque collem mœnibus, vallisque Civitatis, aptè complanatam. Ante diem decimum quintum Kalendas Junij Castellum extruere cepit;

*Premissa cum Cathed. Collegio conventionione.*

*Locum designat.*



1661.

*Arcis  
forma.*

79.  
*Diem  
statuit  
ingressui  
Urbis*

*& san-  
ctorum  
honori  
solennē.*

*Promul-  
gat.*

534 CHRISTOPH. BERNARD.

captum ; Et illud fossis, vallis, collibus propugnaculis, parmulis, triangulis collaribus & ipso situ Coesfeldiensi haud dissimile. Formis solum differre visa, quae tetragona Coesfeldiae, Monasterij pentagona A Divo Paulo Urbis & Dioceseos Tutelae audire voluit *Pauli-Burgum*. Et quidem initia surrexit opus celeritate mirabili: per carumq; hebdomadarum spatio ita excrevit, ut quo tempore Princeps Urbem ingrederetur, arcem representaret, & ex ea in muros ductus sit perquam decoro appareret.

Haec enim intrare Civitatem non profecit. Id namque reservabat Divorum Tutelarium honori ; ut quorum ipse patrocinio devictam, reductamque Urbem, conservatam patriae salutem non parum tribuebat, nollet subingressurus incenia triumphum agere absque honorifico Iyphonorum eorundem comitatu. Festivi ergo introitus diem statuit decimam Julij ; utque solennior esset & gratiarum actio, & veneratio Sanctorum ; patriam utriusque sexus Nobilitatem & Clerum extraneum ( sunt viri Ordinis Ecclesiastici extra Urbis muros Diocesis habitantes ) ut frequentes interfuerint hoc ipso, quod merito hic inferimus, diplomate invitavit.

*Iustum arbitramur, ut cultus & devotio Christiana erga omnes omnino Sanctos in nobis jugiter vigeat & constantiter per-*



perseveret; vel maximè tamen erga illos, quorum sacris Reliquiis ac lipsanis Diæcesis hac nostra splendore mirifico condecoratur. Neq; enim fas est dubitare, quin ipse sanctus sanctorum DEVS, in istis nostris Conciuiibus, sicut virtutis exemplum, sic necessitatis præsidium à Nobis singulariter voluerit, velitq; collocari. Sane laudatissimos Prædecessores Nostros eum in finem collimasse credimus, dum festum Sanctarum Reliquiarum semel in anno, & quidem die Dominico, solenni ritu, propriâq; quâdam animorum exultatione celebrandum, Episcopali providentiâ indixerunt. Vestigiis itaq; Prædecessorum insistere, ac meritam Sanctis, pro impetratâ à DEO subditorum ad debitam obedientiam reductione, hostilium conatum irritatione, avita & Catholica Religionis per Civitatem & Diæcesin conservatione, gratitudinem pro posse contestari volentes, in prædicta SS. Reliquiarum festiuitate, qua hoc anno in decimum mensis Julij incidit, cum Reliquiis S. Pauli Apostoli & Patroni, S. Ludgeri Proto-Episcopi, aliisque, corpus S. Maximi Martyris ab Innocentio beatissima memoria Papa Decimo Româ ad Nos transmissum, condecente pompâ & solenni processione, ex novo quod apud  
Civi-



1661.

Civitatem nostram Monasteriensem m  
 limur, Castro, ad Ecclesiam Cathedra  
 lem, comitante universo Clero, congr  
 gatisq; Patria Statibus, de assensu Ven  
 rabilis Capituli Nostri Cathedralis dux  
 mus, & ordinavimus deportandum, &  
 earum, quas seculo abhinc rabies An  
 baptistica concremavit, locum rur  
 impleant, & in sanctorum honorib  
 honoretur DEVS, à quo omnia, in qu  
 omnia, per, quem omnia. Et quide  
 ficut Nos, intentiones, actionesq; ab  
 cillimas superiorum annorum, ad  
 DEL gloriam & subditorum communi  
 bonū semper direximus, sic felicem even  
 tum, quem divina bonitas etiam supra  
 spem, sopitis turbulentis motibus, libe  
 ralissime concessit, non tam ad Nos,  
 quam ad omnes nobis commissos volumus  
 pertinere. Eosdem cum hoc in Domini  
 cohortantes & respectivè mandantes, ut  
 qui commode, & sine cultus & officii  
 divini detrimento vacare possunt, ad  
 constitutam celebritatem frequentes hoc  
 conveniant. Ceteri vero, tam secular  
 res, quam Religiosi de Clero & Populo,  
 in suis quicq; Ecclesiis, eodem die &  
 SS. Reliquiarum Festo, processioni cum  
 delatione Sanctissimi Sacramenti, &  
 Litaniarum de omnibus Sanctis decora  
 tione, per camiterium instituenda,  
 Missa

Subditos  
 invitat.



Missaq; Sacrificio, quod Hymno Ambrosiano concludetur, diligenter & devote intersint. Recurrente insuper sepedicto SS. Reliquiarum festo, annis subsequentibus, eodem modo, eademq; ratione, gratiarum actionem hanc publicam, communi omnium gaudio, debitaq; devotione, ac festivo campanarum compulsu pridie Festi & in ipsa die faciendum continuaturi. Quem in finem clementissime volumus presens hoc nostrum rescriptum, ceu indicium enixa nostra voluntatis, non tantum idiomate patrio publicari, sed ad posteritatis memoriam, in Templo aut Sacristia affixum, per Superiores aut Pastores reverenter & obedienter conservari, de paratione vestra clementissime confidentes. Dabamus Wilckinckhega. XXIV. Junii M. DC. LXI. Per id temporis interval- lum his in ædibus, quæ olim Nobilium Steveningiorum, nunc Hardiorum sunt, potissimè morabatur, ut & arcis structuræ & rebus quotidie Monasteriensibus propior adesset.

Divulgato sic læti ingressus die, ver- 80.  
bis exequi non est, quam multi mortalium *Conflu-*  
è Westphaliâ; Belgio, finitimisque locis *xus po-*  
Monasterium confluerent. Certè patriapuli.  
*Nobilitas* invitata, ut triumpho subintran-  
tis Urbem Victoris interesset, rhedis, equis,  
M m vesti-



1661.

§38 CHRISTOPH. BERNARD.

Disposi-  
tio.

vestibus præter morem comptior, frequenter  
aderat, non minus nascenti jam suæ, quam  
partæ Principis felicitati applausura. Et  
cescente ipsâ nunc die suis quisque loco  
partitus stabat miles. Duæ peditum  
langes mille circiter armatorum, *Placcus*  
*Amsterodio* Ducibus, Castri planitiem oc-  
cupabant. Duobus è colliculis eminebat  
*Meinardus Hagius* & *Gosaus* cum equi-  
tatis parte. *Plettenbergius* & *Keinus*  
mitterium *Transaquense* ac forum frum-  
tarium cum centuriis suis insidebant. Po-  
torium observabat *Slumpij* cura cum  
bus peditum cohortibus. In area  
Cathedralis aciem suam explicarat *Legatus*  
*Baronis Walpotij de Konigsfeldt*.  
singula platearum divortia excubabant  
mati manipulatim. Omnibus iis intende-  
bat *Plurenus* militiæ & Urbi Præfectus.

Ingres-  
sus Prin-  
cipis in  
rento-  
rium.

Equitatus Ductore *Nagelio* Chiliarcho  
in campo ante *Wilckinckbegam* Principis  
egressum præstolabatur. Quem interea  
temporis cum aulâ adventantem, ac rhe-  
phaleratis sex albentibus equis vectum, ad  
arcem usq; novam præcessit. Ubi à *Ga-*  
*bernatore* & Nobilitate exceptum longo  
ordine in Tentorium deducunt; inde  
numeroso, jam illic consistente Clero, hi-  
mili veneratio ne salutatur. Hic pacis ara  
& thronus Episcopalis erectus erat: sub quo  
Pontificali indutus, incinctusque ornatus  
rem

Isthic  
Sacris  
opera-  
tur.



rem divinam ardentissimis precibus inflam-  
mabat; atque suavissimam inter vocum  
& instrumentorum symphoniam grates  
persolvit *Protectori suo, in quo sperave-  
rat, quod populum sibi suum subdi-  
disset.*

Dexterum tentorii latus Equestris or-  
do, sinistrum Senatus, Populusque Mona-  
steriensis, medium Canonici Cathedrales  
& primores Cleri tenebant. Peracto missæ  
Sacrificio, carbasis sinistrorsum ad usque  
terram demissis, Princeps mitrâ, pedoque  
armatus, & Pontificali amictus paludamen-  
to, extractum ibi pegasus scandit, & ver-  
sus ad Monasterienses, omnibus se con-  
spicuum listit. Proximus sed gradu infe-  
rior adstabat *Barzjus* Orator. Is factâ  
Præsuli reverentiâ, quæ in mandatis acce-  
perat, ad Senatum, Populumque Monaste-  
riensem proloquitur. Cùmque deprædi-  
caret Principis ceu Patris in Cives animum,  
tot argumentis probatum, perspectumque;  
istud *Joseph Egyptij, Geneseos quinquag-  
esimo, Vos cogitastis de me malum, sed  
DEVS vertit illud in bonum,* ceu thema  
orationi suæ accommodat, & qua valebat  
dicendi facultate, clementiam Principis mi-  
rificè extollit, qui mansuetudinem Josephi  
æmulatus, non fratribus tantum noxam  
remitteret, sed beneficiis insuper cumula-  
ret. Adhæc subjunxit, cum mense nuper

*Barzj  
Oratio.*

M m 2

Aprili



1661.

Senatus,  
P. Q. M.  
Juramē-  
tum.

Aprili fidem Principi Senatus, Populi  
scripto addidixerit, quando luberet, pu-  
mento firmandam; visum hoc tem-  
*Christophoro Bernardo* opportunum,  
hanc ipsam hodie promissionem pub-  
fidelitatis, reverentiæ & obedientiæ sa-  
mento constabilirent. Exinde prælectæ  
jurisjurandi formulam, Senatus, Populi  
erectis in altum digitis, & voce aliqua  
elatiore, conceptis verbis repetivit.

81.  
Captivi  
Cives.

Quinque ab hinc diebus, è civi-  
numero seni, qui tumultuum, turbatum  
vel authores, vel incentores habiti, ma-  
manu in custodiam rapti erant. Et quæ  
quam capitis quidem pœnâ liberos,  
tamen extra ordinem multandos ex pacis  
ne nuperâ haud ignorarent, constans pa-  
rosque metus consternârat, ne sub  
Principis ingressum, conspectui omnium  
in propatulo expositi, infami æternæ  
notâ aspergerentur. Senatores de Cate-  
drali Collegio, ut pro reis esset apud  
Principem intercessor.

Interce-  
dente  
Capitu-  
lo.

Dicto igitur Sacramento, *Alberto*  
*Boickhorstius* Canonicorum Cathedralium  
Orator, ad pegmatis pedem venerabilis  
accedit, ac Collegii nomine benignitatem  
Præfulis implorat, ut cujus nutui civem  
Civitatem divina bonitas subjecisset, de-  
mentiam paucorum adhuc reservatione ob-  
scuratam.



securatam, seu radios Sol, in omnes explicaret, reumque civem gratiosâ erratorum condonatione in gratiam reciperet, aut saltem uxoribus, liberisque restitutum custodiâ liberaret. Id exigere communem hodie lætitiâ, & ipso favente cælo solennis hujus diei serenitatem.

Quem cum perbenignè Princeps audiisset, oratione & intercessione commotus, per *Batzium* respondet, eatenus liberationem decerni, ut sufficiente vadium, sui in Urbe moram fontes adstruant, donec cum Fisco de multâ, quam forsân exacturus veniret, antea conventum sit. Dein *Plurenio*, ut detentos actutum è custodia dimittat. Visa ad hanc Principis indulgentiam circumstantium pectoralique fieri, & multorum oculi erumpentes præ gaudio lacrimas stillare.

Adolescentes è nobili Gymnasij Societatis JESU juventute mox quatuor sepandunt, qui carminibus ab ipso, crediderim, Apolline dictatis, Christophorum Bernardum, *Virtute Principem, Clementiâ Victorem* salutant, portasq; , murosq; promunt, & Urbis tecta ad ingressum invitare, imò ipsam suis, si natura pateretur, Urbem sedibus exituram, oblatorâmq; lauros, & myrteas, muralésque Ovanti coronas.

Decantatis his versibus in ordinem

Mm 3

dispo-

*E custodia dimittuntur.*

*Acclamatio juven-  
tutis.*



1661.

82.

Ordo  
Suppli-  
cationis.

542 CHRISTOPH. BERNARD.

disponitur supplicatio. Jam enim *Catholici* in suam quâsque parâciam, rediebant à *Societate JESV Religiosi*. *Ministros* antebat eximij *Predicatoris* *Domini* *Ministi* familia. Hanc sequebatur humilis *Capucinatorum* ordo. Cui insisterent *magnum Francisci* sequaces, qui à *Servitibus* *Observantia* nomen mutuuntur. De *Minores* ejusdem *Patriarchæ*, quos *Conventuales* appellant, *Religiosorum* hac *Urbe* seniores. Quorum vestigia legimus *sacer Ecclesiasticorum cætus*, quotquot præsentibus erant *Sacellani*, *Vicarij*, *Curones*. Post hos usitato more gradiebantur *Canonicorum* in *Urbe* *Collegia*. *Primò Sanctissimæ Trinitatis ad Fontem salientem* pluvialibus albi coloris amicti; & his *Dominicanis* præferebatur argentea *Divi Josephi Nutritij Salvatoris* statua. Proximè his, numerosiores quidem reliquis, sed *fundatione* juniores, *Divi Martini Collegæ* pluvialibus *damaſcenis* candidi coloris ornati; ante quos deportabant *Capucini* ejusdem *Præfulis* ac *Patroni* cum *sacris* *lipsis* ex *argento* *simulacrum*. Tam *Ludgerianos* *polymitis* pluvialibus vestitos decorabat pretiosior *Divi Ludgeri* *tumba* ab *Observantibus* gestata. Hanc cum *Mauritanis*, quos *holoserica* pluvialia *rubri* coloris decorabant, iterum excepit *argentea*, *humeris* *Conventualium* *imposita*.



imposita permagni valoris tumba, vehiculum Sacri corporis & Divi *Maximi* Martyris lipsanorum. Quam sectabantur Canonici *Veteris adis* cum statua *S. Swiberti*, pluvialibus argento intertexto nitentes. *Cathedralitij* dein *Proceres*, pluvialibus partim acu non indoctâ pictis, partim auro, argentoque gravibus decori præcedebant Divum *Paulum* ex puro, solidoque argento emicantem. Horum omnium vestigiis pedem subintulit *Christophorus Bernardus* Pontificali ornamento conspicuus. Quem stipabant quatuor Canonici assistentes, atque ego, ceu *Vicarius Generalis* & qui tum sacro Tribunali præerat, *Petrus Hulsmannus*, cum reliquis aulae Sacellânis. Sacrum agmen clauderat *Guilielmus Baro Furstenbergius* veluti Sub-Custos. Tum *Nobiles* utriusque sexus; *Consiliarij* item, & familiares Principis: ac sacri, civilisque Tribunalis Administris: Denique *Senatus*, *Populusque Monasteriensis* sequebantur.

Tali septus comitatu, refertis infinitâ  
hominum multitudine intra, extrâque Ur-  
bem viis, tectisque, Princeps incessit; &  
læto statim fragore, subeuntis mænia, vi-  
ginti quatuor machinæ campestris, è novi  
Castri propugnaculis, adventum denun-  
ciant, majoresque quinquaginta, è turri-  
bus, vallis, mœnibus horribili bombo in

83.  
Pompa  
ingres-  
sus in  
Urbem.



1661.

544 CHRISTOPH. BERNARD.

subjectos latè campos detonant, auspice  
testes triumphi. Ad portam Deiparæ (hanc  
enim festivo ingressui selegerat) juvenus  
diola faustis iterum acclamationibus Orator  
gratulatur. In ipsâ Civitate fores, frontes  
etque ædificiorum, aulais, imaginibus  
frondibusque exornatæ: plateæ virentium  
floræ muneribus conspergæ viscebantur. De  
versis ædibus audita suavis concinencia  
Musicorum & juvenum fausta comprecat  
tium harmonia. Erectæ non uno in loco  
arcuum moles Christophoro Bernar  
do Antistiti solemniter ovantibus  
& plura ejuscemodi publicæ gratulationum  
argumenta.

*In eadem  
Cathedralem.*

Dum Principem ædem subintrant, post  
iteratum Studiolarum juvenutis applausum,  
dato laxationibus tormentorum è turri  
Transaquensi signo, confestim è propu-  
gnaculis, vallibus, mœnibus horrendum de-  
nuò fulminatum est. Hæc inter singulis  
præsentes, tam de seculari utriusque sexus  
Nobilitate, quam viri omnes sacris inti-  
tiati, recentis typi monetâ, ex auro, argen-  
tisque, liberali manu donantur. Num-  
mum aureorum valor, ducatos sex, item  
duodecim, adæquabat; qui ex argento  
cusi, aut duos, aut unum dalerum imperi-  
rialem nec minoris valebant. Impressa  
nummo, ex uno latere, Principis insignia  
quibus in margine appictum illud ex ode  
Davi-

*Præsentes novâ  
monetâ  
donantur.*







pacis ac lætitiæ symbolum, syncharmatu  
duodecim, binarum Olivarum sub Iride  
sacris Divorum lipsanis pullulantium, ti-  
tulo & icone exornata. Cujus elegans  
scripti nucleum dedicationi incluserunt,  
quam omittere hoc loco religioni visum  
fuit.

*Reverendissime & Celsissime Princeps,  
Domine clementissime.*

*Olivam Tuam sistimus Celsitudini, mi-  
rem, pinguem ac fecundissimam arbor-  
rem. Arborem symbolum pacis, ubertatis  
indicium, victoriae signum & insignis  
Victorum coronamentum. Geminam autem  
Olivam sub Iride de Sanctorum Lipsanis  
pullulantem facimus, ut firmam ac  
fecundam hanc fore pacem ominemur.  
Nam & gemelli partus fecunditatis  
sunt argumentum; & Iris præterquam  
quod pacis & concordia sit divinitus da-  
tum mnemosynon, etiam aspectu suo Asper-  
lathum, aliasque plantas, & latius provenire,  
& copiosius fructificare facit. Ossa  
item Sanctorum sunt & erunt.*

*Aternatura caelestia pignora pacis.  
Pignora nunquam interitura, juxta Psal-  
tem: Custodit Dominus omnia ossa eorum,  
unum ex his non conteretur: nunquam  
virorem suam positura, juxta Ec-  
clesiasticum: quorum non est corruptum  
cor, ossa eorum pullulent de loco suo.*  
Quid



Quid verò pullulent, nisi Olivam pacis,  
 quorum corpora in pace sepulta sunt, &  
 tanquam Olivæ assistunt Dominatori uni-  
 versæ terræ? Ad eandem Olivam pacis,  
 bonâ Tuâ pace, appendimus arma gen-  
 tilitia clara & antiqua Tua Nobilitatis,  
 & Episcopalia Celsissimæ Tua Dignita-  
 tis, quibus subiecta vides Urbis Tuæ Mo-  
 nasteriensis insignia, unâ cum copia cor-  
 nu, ex pedo, mitra & gladio, per circum-  
 ludentes, sibiq; invicem innexos olea-  
 ramos pendentia; quo devotorum Tibi  
 pectorum votum representamus, hoc  
 unum precantium, ut sicut olim apud  
 Megareses è Coræbi sepulchro Oleaster  
 quissiam, suspensa ad se diu arma, tan-  
 dem suum intra corticem admisit, clau-  
 sitq; ita & intra mitem hanc alma pa-  
 cis Olivam subditorum Tibi populorum a-  
 nimi cum Tua mente concorditer concre-  
 scant, seq; & fortunam suam, ab utraq;  
 Principis sui potestate, quâ spirituali,  
 quâ temporali pendere agnoscant.

Nemo proinde extra hanc oleam sal-  
 tet, nemo sanctum eius corticem incidat,  
 aut rumpat: ne uti ex inciso Megarensi  
 Oleastro, galea inde atq; ocrea erum-  
 pant. Emergat inde potius publico om-  
 nium bono plenum copia cornu; expe-  
 rianturq; re ipsâ omnes, & olivam pacis,  
 ex adductis sanctorum aßium pignaribus  
 pullu-



1661.

pullulasse, & talia pignora Urbi intulisse, nihil fuisse aliud, quam Pontifici boni Pastoris voce omnibus acclamasse.

## PAX VOBIS.

Cum suos Orbi radios Titan subduxisset, cepit Vulcanus successor è vasis piccis, & versatiles rotæ, lucernis graves, ex editiorum turrium fastigiis in gyro corulcare.

85.

Annua  
postridie  
supplicatio.

Posterus dies annuæ majori Theophrasti sacer erat. Hanc de veteri more adonatanam, præsentiam suam, & nobilium comitatum, Princeps illustravit. Ordo serè idem, qui hesternus; in eo tantum mutatus, quod absque fastuoso pluvialium amictu devotior Clerus incederet, & qui pridie numerosus extra muros excubabat miles, condensatis hodie ordinibus, solam occuparet Civitatem. Cathedralis aræ latus dextrum *Plurenus*, sinistrum *Walpotius* cum Legionibus suis ita insidebant, ut inter utrumque supplicantium cætui transitus liber pateret. Exeuntes, redeuntesq; duodecim basiliscorum (quod tunc genus tormenti isthic compositum erat) & concordium bombardarum explosione venerabantur. Finitâ supplicatione & peractis in Basilicâ divinis, reditum est ad majus Aulæ triclinium, ubi convivales epulæ, priore magnificentiam instauratæ, convivas expectabant. Appetente vespero visa iterum ex vasis, & turribus, ignium hilaria.

Tertia



Tertio die sub duodecimam pomeri-  
 dianam Societatis JESU Collegium ad-  
 ivère, Danielem ilthic & Evilmerodach  
 Regem, in theatro spectaturi. *Benthemi-  
 cus, Tecklenburgicus ac Steinfurtensiu  
 media.*  
 Comites in areâ Gymnasij subsistentes, ad-  
 venienti Christophoro Bernardo gratula-  
 bantur. Ad finem Comediæ, quam præ-  
 senti rerum statui Societas, fœcunda in-  
 geniorum nutrix, dexterè accommodârat,  
 Princeps cum suo comitatu, rhedis facilè  
 quadraginta, in novum Castrum vectus  
 est. Ingens ibi tentorium sexcentos pedes  
 longum erexerant, lineo panno tectum, & *Cana in  
 amânis ex utroque latere ramalibus in-  
 novoCa-  
 umbratum. Apparatus cœnæ & bellario-  
 stro.*  
 rum pro convivarum magnificentiâ erat.  
 Trecentos circiter pedes Præsul cum Opti-  
 matibus, centum phonascorum grex; re-  
 liquum nobilium matronarum cætus oc-  
 cupabat. Tormenta in arcis medio col-  
 locata, sicut adventantes fulminantia con-  
 salutârunt, ita quoties Leopoldi Impera-  
 toris, Ludovici Galliarum Monarchæ, *Fulmina  
 tormento-  
 torum.*  
 Confœderatorum Principum, vicinorumq;  
 Magnatum saluti, crateribus litatum fuit,  
 terna laxabantur; adeò ut priusquam ad  
 unam Principis mensam in orbem bibe-  
 retur, tormentorum octuaginta relo-  
 narent.

In seram ita noctem cœnatum est; nec  
 minùs



1661.

*Ignes  
artifi-  
ciosi.*

*Et pu-  
blici.*

87.

*C. B. no-  
vū creat  
Magi-  
stratum.*

550 CHRISTOPH. BERNARD.

minùs jucunda ignium spectacula, quàm  
lautitiæ epularum, moræ fastidio con-  
valescentes exemerunt. Cernebant inter alia  
initialibus his litteris C.B.E.M. B.S.D.B.  
*Christophori Bernardi Episcopi Mon-  
steriensis, Burggravij Strombergen-  
sis, Dynastæ Borculoensis* titulum artificiosum  
ignibus rutilare. Jucundo hinc schemata  
sulphuratas acontias, flexuosis spiribus per  
cælum ludentes, illinc nitratas Xiphias in  
mucrones, lanceasque fastigiatas, cœlesti  
mo volatu videre erat. Bolides etiam igni-  
tæ instar crepitantium globorum, erran-  
tiumque cometarum, aërem, terram, aquam  
vario discrimine pererrabant: Non secus  
ac si ex composito tam elementa cœtera,  
quam homines ad gaudia, gratiasque ignis  
provocasset. Mars decedentes è Castro  
bombardarum applausu prosequerentur.  
Hunc undique geminabant basilisci altius  
detonantes. Turres, ædes, plateæ facibus,  
tædisque collucentes, redeuntibus domum  
vias monstrabant. Ignis intra, extraque  
Urbem in locis eminentioribus accensos,  
Sol etiam oriens flammantes invenit, atque  
ita præsentem terminavit *Christophori Bern-  
nardi* Ovantis triumphum.

Qui post plausus & júbila componen-  
dis Monasterij rebus intendebat. Ne quid  
enim tentaretur in Successores suos, quod  
in Decessores ex annalibus, & in se molitos  
fuisse



fuisse Monasterienses, experimento didicerat, haud solâ contentus arce, mœnibus licet impositâ, innovando cum primis Magistratu, securitati consulendum duxit. Et quanquam hætenûs veterem continuârat eâ potissimùm de causâ, ut quæ ab induto in Urbem præsidio, sub initium inusitata quotidè emergebant onera, ipsi sentirent authores: paulatim tamen ordinationem & munia Civitatis ad se traxit, remotisque qui de fide ac quiete dubijerant, novos tandem Magistratus Urbi dedit. Bernardo *Brummero* Legum perito, qui & Principi à consiliis erat, viro integro, Judicatum Urbis commendavit, voluitq; ut post hæc Judex ceu omnium inspector actionum, Senatui præsideret. *Romerum & Bispingium* Jurisperitos, illum Consulem, hunc verò ab eloquentiâ, variisque Legationibus & imprimis fide probatum, Urbis Oratorem designavit, ut qui frequenter à Syndicis toxicum hauserant Cives, objectâ virorum integritate, velut antidoto, adversus istiusmodi fraudes in posterum præservarentur. Joannem *Timmerscheidium* Virum complures annos Consularem & ipsum à Religione, candore ac prudentiâ commendatum, tametsi manere Consulem noluit, haud tamen voluit immunem esse; quem in aulico statim Tribunali elegit Assessorem. Bernardum



1661.

552 CHRISTOPH. BERNARD.

nardum *Hollandium*, qui ab epistola  
Urbi fuerat, seu Secretarium suum ad  
optavit. In-novatis ita non solum ma-  
nibus, sed & legibus securitatem, quietem  
publicam firmare laborabat.

*Et Tri-  
bunum  
potesta-  
tem tol-  
lit.*

Domos publicas uti Tribunitiam  
Institoriam, Sutoriam, Fabrillem, et  
malorum scæpè consiliorum officinas,  
armamentaria & granaria, in Martis  
Bellonæ, in pyrobolorum ac pyreum  
tum laboratoria convertit. Tacite hanc  
Tribunorum Plebis, Tribuumque au-  
thoritatis abdicationi, nonnemo in-  
nosè alludit, qui *Plinianum* illud  
ne *sVtor VLtra CreplDaM*, foris  
adscriptis ædium Tribunitiarum, conat  
eâ parcemiâ & extollere prudentiam ab-  
dicantis, & annum exprimere potestatem  
abdicate. Atque ita *Christophorus Bern-  
nardus*, suarum omnium superior turba-  
rum, reducendo, componendoque Mo-  
nasterio, annum seculi hujus sexagesimum  
primum, & alterum Principatus sui  
lustrum gloriolè coronavit.

FINIS LIBRI QUARTI.